Digitized by Google

BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
13
14 R
19

GREGORIANVM,

IN QVO

QVATVORDECIM SVMMORVM
Pontificum, treſdecim Epiſcoporum,
ac Pręsbiteri vnius vita, mores, &
geſta pertractantur.

PER F. GREGORIVM POLIDORIVM
Piſtorienſem, à Piſcia oriundum, ſacræ Theo-
logię profeſſorem, Ordin. Eremit.
Sancti Auguſtini.



BIBLIOTECA NAZ.
ROMA
VITTORIO EMANUELE

FLORENTIAE,
Apud Michaelemangelum Sermartellium. B. F.
MDXCVIII.

EGO F. Elias à Cortona opus hoc perlegi, & in eo nihil Catholicę fidei, & Romanæ Eccleſię repugnas reperi, ideo dignum pręlo eſſe cenſeo. Dat. Piſt. die 25. Ianuarij 1598.

Ego F. Elias, qui ſupra manu propria.

Ego F. Petrus Florentinus ord Er. Sancti Auguſtini Vicem Prioris gerens librum hunc imprimendum cenſeo titulo, & nomine', vt infra.

Ego F. Petrus, qui ſupra, manu propria.

Ego Fr. Vincentius Ciuitella perlegi hunc librum, & omnia catholicæ fidei, & bonis moribus conſona referi, & propria manu ſubſcripſi.,

Imprimantur Florentiæ accedente conſenſu Reuerendi Patris Inquiſitoris. Die 28. Aprilis 1598.

Antonius Ben. Vic. Flor.

Fr. Antonius de Maſſa ord. min. con. Vic. Sancti Officij Florentiæ de mandato Reuerendi P. Inquiſitoris cõcedit, vt imprimatur Florentiæ. Die 27. Apr. 1598.

Ego Lactantius Benuccius I. V. D. Senenſis ſupradictum Opuſculum perlegi, auctoritate Sereniſs. Ferdinandi Medices Etrurię Magni Ducis, cum nihil Religioni Chriſtianæ, vel contra bonos mores inuenerim, prelo imprimendum cenſeo. Florentiæ decimo quarto Cal. Iulij.

ILLVSTRISSIMO, AC REVERENDISS. D. D. GREGORIO PETROCHINO

S. R. E. Præsbytero Cardinali ampliſsimo de Monte Elparo, ac Auguſtiniani inſtituti ſplendori fulgentiſsimo, & patrono oſſeruandiſs.

F. Gregorius Polidorius Piſtorienſis, à Piſcia oriundus, Theologicę veritatis profeſſor, & inſtituti eiuſdem alumnus. S. O. S.

CVPIENTI mihi (Illuſtriſsime, ac Reuerendiſs. Card. ampliſsime) ad Dei laudem, & gloriam, & eorum, qui Sanctorum vitam lectitare geſtiunt, conſolationem, aliquid ingenioli mei in Domini Gazophylatium mittere, non ſatis, vnde initium ſumerem, quòue me verterem, veniebat in mentem. Verum memoria

præterita repetens, dum, quanto onere in tuam Illuſtriſsimam, ac Reuerendiſsimam Dominationem, quam Auguſtinenſis familia vniuerſa præcipuo habet in honore, tenerer, animaduerterem, ſimul atque dehinc nominis tui, Gregori, Gregorius ipſe præſtantiam intelligerem, mox occurrit mihi, vt eorum, qui eiuſmodi gaudent nomine, & illorum præcipuè virorum, quos Domino placuiſſe teſtatur Sancta Mater Eccleſia, præclara facinora recenſerem. Et quàmuis ad eorum virtutes, quas per eos Dominus Deus operari dignatus eſt, attingere nullatenus & poſſim, & valeam, cum non ſufficiat lingua carnis eorum ingentes enarrare virtutes, nihilominus pleraq; curſim, ſuccinctéq;, Diuino innixus auxilio, tentare conabor. Indignum ſiquidem videtur, vt de tantis Viris verba ſilentio inuoluantur, atque ÿ lateant, qui modis omnibus ſunt imitandi, & honore afficiendi. Huiuſmodi igitur minimè duram prouinciam, imò iucundum laborem, ſuaue onus, ſuppeditante Deo,
Iac. 1. *qui (vt ait B. Iacob. Apoſt.) iis, qui poſtulant à ſe ſapientiam, dat omnibus affluenter, & non improperat eis, ad finem perducere confido, quo Illuſtriſs. ac Reuerendiſs. Dominationi tuæ aliqua ex parte, pro ampliſsimis in me collatis beneficiis,*

neficiis, quorum nulla vnquam delebit oblinio. fortaſſe reſpondero. De me etenim benemerita fuit Dominatio ſua, quando durisſimis (ſi ita dicere liceat) temporibus me omnium indignisſimum Doctoratus inſigniuerit dignitate. O' felicem, atque fortunatam dicerem, te Generale, Auguſtinianam familiam, longè quidem illa felicior à te facta eſt, tuis optimis moribus, vigilantia, & virtutibus. Multa mihi namq; in hanc ſententiam dicenda forent, verum breuitati inſeruiens, illud tantum dixero, vt ſi mea in plurimis, maximiſq; rebus te notaret Epiſtola, adhuc nihil mihi dixiſſe viderer; Nam quæ vitæ tuæ pars non eiuſmodi fuit, vt in ea ſemper reperirent boni, quod imitarentur, nihil inuenirent improbi, quod calumniarentur: Nunquam tu dignitates ſecutus es, ſed ſemper recto itinere incedentem, & de ſola ſapiētia, virtute, & prudentia ſolicitum ipſi te vltrò ſunt ſecuti honores Nihil te certè Prouincialatus, Generalatus, ac demū Cardinalatus dignitas immutauit, ſed illud ſolū effecere, vt tua virtus, prudentia, & doctrina ab omnibus dignoſcerētur. Tu enim nunc hortando, nunc monendo, auxilium, opemq; omnibus præſtando, Iuuenes, literis addictos, necnon & patres vniuerſos bono

 ſemper

ſemper animo eſſe iuſsiſti. Hinc pro tot, tantiſq; in Religionem noſtram, quæ adhuc à te magna & petit, & deſiderat, ampliſsimis meritis, tu vnus es, præ cæteris, cui non cæmenta, non ſaxa, non vanæ demum pyramides, ſed ſapientiæ vetuſtioris, ſed diuinæ eruditionis, ſed ſacrarum literarum, quibus præditus es, monumenta erigantur in terris; Et in Cœlis, ſimul atque vita ſuos regerit artus, Deo optimo Maximo fruiturus, perpetuò conquieſcas; Meq́; in tuorum numerum ſeruorum aſcribere ne dedigneris. Vale. Piſtorij decimo Cal. Maias 1598.

ALMAE CHRISTIANAE RELIGIONI

Raphael Cancellerius I.C. Piſtorienſis.

EN tibi, qui ad vitam reuocat Gregorius omnes
Ritè ſui Diuos nominis arte tuos.
Gloria ſi magna eſt Lyſippo effingere ſigna,
Gregori nomen pandere maior erit:
Hoc vitam ſtatuis præbens, tabuliſq; perennem,
Vſque tibi extabit fama ſuperſtes, opus.

PETRI ANTONII VECTII
Philoſophi Piſtorienſis.

QVAE modò dinumeras viginti nomina, & octo,
Iam ſuperum Vitę ſunt numerata Libro.
Nomen habent idem, quod habes, quos, docte Gregori,
Senſifera memoras cum ratione, Viri.
Haud mirum eſt ideò illorum ſi nomina Terris
Denuò cum geſtis tam benè nota facis.

IOANNIS BAPTISTAE FIDELISSIMI
Phyſici Piſtorienſis.

DVM pandis calamo elegantiore
Gregori venerande geſta, ſummi
Effulſere quibus viri, decoro
Tuo nomine prędi[illegible]*, per ora*
Cunctorum quoq; candidum, & diſertum
Ipſum te celebras; Nec hoc labore
Effulges minus, ac ij tot amplis
Fulgeant titulis; ſic ergo docte,
Gregori tibi plurimum tenentur,
Quinimmò tibi plurimum teneris.

NOMINA EORVM, QVORVM *Vita, & geſta in hoc opere comprehenduntur.*

S. GREGORIVS Primus Pont. Max.
S. Gregorius martyr, & Epiſc. magnę Armeniæ.
S. Gregorius ſecundus Pont max.
S. Gregorius Siculus Epiſcopus Agrigentinus.
S. Gregorius tertius Pont. max.
S. Gregorius Epiſcopus Lingonenſis.
S. Gregorius ſeptimus Pont. max.
S. Gregorius Spoletanus presbyter.
Gregorius quartus Pont. max.
S. Gregorius Archiepiſcopus Turonenſis.
Gregorius quintus Pont. max.
S. Gregorius Epiſcopus Nazianzenus.
Gregorius ſextus.
S. Gregorius Thaumaturgus.
Gregorius octauus Pont. max.
S. Gregorius Nyſſenus.
Gregorius nonus Pont Max.
Gregorius martyr Epiſcopus Cęſarienſis.
Gregorius decimus Pont. max.
S. Gregorius Decapolita.
Gregorius vndecimus.
S. Gregorius Epiſcopus Tiberinus.
Gregorius duodecimus.
S Gregorius Epiſcopus Traiectinus.
Gregorius decimus tertius.
S Gregorius Epiſcopus Antiſiodorenus.
Gregorius decimus quartus.
S. Gregorius Epiſcopus Amphitreanus.

DE VITA, MORIBVS, ET BEATO FINE

B. GREGORII MAGNI PRIMI Summi Pontificis, & Eccleſiæ Doctoris eximij, ex Iohanne Diacono Romano deſumptus.

QVONIAM à pleriſq; ſacrarum ſcripturarum tractatoribus quatuor numero modi legis explicandæ aſsignari conſueuerunt, vt ſcriptum reliquit Hęreticorum malleus, B.P. Auguſt. Hippon. Epiſcopus, in libro vno imperfecto ſuper Geneſim ad literam principio ſecundi capituli, & ij ſunt, vel ſecundum hiſtoriam, vel ſecundum allegoriam, vel ſecundum analogiam, vel ſecũdum ethimologiam, quæ tunc eſt, cum dictorum, ac geſtorum cauſę præmonſtrantur: Analogia inſuper, quando tùm Veteris, tùm noui Teſtamenti relatio, & ſymboleitas inſinuantur: Allegoria dehinc dum ea, quæ dicuntur, figuratè intelliguntur. Hiſtoria tandem habetur, cum res geſtę, vel diuinitus, vel humanitus autore vel calamo, ſiue ſtylo commemorantur. Ego verò Allegoria, Analogia, & Ethimologia poſthabitis, cum in animum induxerim meum Virorum illuſtrium (& ſanctorum pręſertim) qui Grego

P. Auguſtinus lib. vno ſuper Gen.c.2.

Quatuor ſunt modi explicãdi ſcriptũram.

rij ſibi vendicant nomen, vitam, animiq; mores pernudare, nulli dubium ſit, Opuſculum eiuſmodi forè hiſtoricum, aliàs ſecundum hiſtoriam. Quarè ſanctorum, aliorumq; huiuſmodi vitam in lucem editurus, habitatorem ſanctorum, ac piorum inuoco ſpiritum, qui dat & velle, & perficere, quiq; hominum linguas facit eſſe diſertas, linguam ipſe meā erudiat, atq; in labiis meis gratiam ſuę benedictionis infundat, detq; mihi intelligendi acumen, & fandi tribuat facultatem. Ingreſſum tandem rei inſtruat, progreſſum dirigat, egreſſum compleat, tamquam ignis, atq; ventus; Tamquam ignis, de quo legitur, Ignis ante ipſum pręcedet, & inflammabit in circuitu inimicos eius; Tamquam ventus, de quo etiā; Qui producit ventos de theſauris ſuis: Tamquam ignis, qui cōburit ſyluā, & ſicut ignis in ſpinis; Tamquā ventus, Flabit ſpiritus eius, & fluent aquę: Tamquam ignis, nec eſt qui ſe abſcondat à calore eius: Tamquam ventus, ſicut puluis, quē proiicit ventus à facie terrę: Tamquam ignis, quo rapiemur obuiam Chriſto in aera. Vētus demum, qui ſanctos ad cęleſtia regna perducet, Spiritus tuus deducet me in viam rectam. Spiritus igitur, vt ignis, & ventus mihi dicturo in primis de vita, & moribus, atque beato fine S. Gregorij magni Pont. præſtò adeſſe dignetur.

Intentio Auctoris quæ. Inuocatio ad Deum. Ex B Thoma Aquinate. Pſal. 96. Pſal. 134. Pſal. 117. Pſal. 147. Pſal. 18. Pſalm. 1. Theſſal. 1. cap. 4. Pſal. 141.

De tanto viro igitur, nunquam ſatis laudato, verba facturus, facti illius recolo magnitudinem in primo Reg. lib. cap. 17. interclusam, legitur

Primo Regum c. 17.

legitur etenim eo loci, non modo Regis Saul, ſed etiā totius Iſraelitici populi vitam, ſimul atque dignitatem in diſcrimine verſari, dum acti, imò potius à Philiſthęo illo, Goliath nomine, laceſsiti mane, & veſpere quadraginta dierum ſpatio, vt prodirent ad pugnā, vel ſaltem eorum vnus, cum quo iniret ſingulare certamen, tuncq; totius belli exitus ei, qui viribus prętaret, victoriam afferret, & imperium. Iſraelitis ergo nutantibus, animoq; pendentibus, cum non haberent, qui in fortiſsimum virorum inſurgeret, occurrit adoleſcēs Dauid, qui aduerſus Philiſthęum in nomine Domini exercituū inſurgens, præualuit in eum in funda, & lapide, in fronte eius infixo: Quarè capite eius amputato, pacem ſummam conſecutus eſt Iſraeliticus populus; Ita miſerrimis illis temporibus Pelagio Pont. Max. miræ ſanctitatis Viro, peſtilentia, qua Vrbs Roma vniuerſa conflictabatur, è mundo ſublato, quem magis aptū pro chriſtiani nominis hoſtibus reiiciendis, pro peſtilentia profliganda, & pro cōuertendis ad catholicam fidem gētilibus ſibi in Pontificem deligerent, nō haberent Romani, præter Gregorium, illum ſeptimo menſe poſt Pelagij obitum ad tantæ dignitatis munus ſubeūdum prouexerunt. Et quamuis eius clariſsima facta longiori poſſem oratione pertexere, illud ſolūmodo dixero eum geſtorum ipſius memoria Magni nomē fuiſſe adeptum, eſt enim Magnus, tùm generis claritate, tùm vitę ſanctitate, tùm etiam miraculorum magni-

Goliath inuitat Iudęos ad pugnam.

Iſraelitæ timēt Philiſthęos.

Dauid occidit Goliath.

Pelagij Pontificis obiit.

Roma peſtilentia pręmitur.

S. Gregorius eligitur in Pōtif.

S. Greg. dicitur magnus, & quibus de cauſis.

gnitudine: Et quidem ſi generis claritatem ſpectemus, quid eo nobilius? quid prçſtantius? quid eo denique clarius? Nam Romç patre Gordiano,& matre Siluia,quorũ vterq; ex clariſsimo erat Senatorio ordine, è nobiliſſima Papę Felicis tertij,ſanctiſsimi Viri, eius patrui familia, natus eſt. Admodũ puer adeo vitæ ſanctitati addictus erat (quod mirabile eſt) vt vitam Angelicam agere videretur in terris, quam modo in cœlis triumphans perducit. Adoleſcens breui liberalibus diſciplinis, deinde diuinis literis, in quibus multum profecit,operam dedit. Verum patre eius vita functo,& officio prçtorio prçclarè geſto,in Monachorum collegium ſeſe recipere ſtatuit. Hinc è patrimonio, quod plurimi ducebatur, ſeptem ædificauit Monaſteria, quorum ſex in Siciliç Inſula,eiſdem tantum facultatis attribuens, vt numeroſa Monachorum multitudo ibidem vitam honeſtam viueret. Alterum Romæ Sancti Andreç nomine è paterna Domo, propè ſanctorum Iohannis, & Pauli extruxit, in quo, reliquo rei familiaris pauperibus diſtributo, monaſtichã vitam ſub Hilarionis,ac Maximiani Monachorum ferula profeſſus eſt; At deinde Abbas effectus, tanto pietatis, ac charitatis ardore viuebat, vt nihil ſupra deſiderari poſſet. Quarè eius vitæ ſanctitatis fama ad Benedictũ primũ ſummum Pontificẽ Pelagij prçdeceſſorem notç ſanctitatis Virũ, delata,mox ad ſe accerſitum, Diaconum Cardinalem ordinauit, de quo Beda ſemper Venerabilis

Nomẽ patris, matriſque,& familię S. Gregorij.

Gregori⁹ puer.

Gregori⁹ adoleſcẽs.

Mors patris eius.

Gregori⁹ fit Monachus.

Gregori⁹ ex patrimonio ſeptẽ monaſteriã ædificauit.

Gregori⁹ domũ ſuã in monaſteriũ conuertit.

Gregori⁹ fit Abbas.

Gregori⁹ fit Cardi-

rabilis admirabile illud commemorat, quod videns aliquando Romæ duos præſtanti forma Iuuenes Anglos, eò à Mercatore quodam Romano, prçcio emptos, perductos; percontari non deſtitit, ex qua nam proſapia eſſent, vnde tunc ei reſponſum eſt, eos eſſe Anglos, Tunc protulit ſentētiam, tanto Viro dignam, Angli, quaſi Angeli, Verè (ſubiungens) lacrymabile factum, & cōmiſeratione omni dignum, vt horum animæ, tanta corporum formoſitate nitentes, igni æterno tempore cruciandæ tradantur. Quarè mox ſanctæ memoriç Benedictum Pontif. conueniens, ſummis precibus ab eo petit, vt in Angliæ Regnum ſummç ſanctitatis, & peritiæ Viri mitterētur, qui Chriſti Euangelium ibidem prçdicantes, Anglos, infidelitatis labe fçdatos, ad fidei veritatem reuocarent. Hinc Benedictus, Gregorij pietate permotus, nullū eorum qui tunc Romæ aderant, Gregorio aptiorem, qui tanto munere fungeretur, cernens, non multò poſt accitum Gregorium, cauſa prædicandæ Euangelicç veritatis, mittit in Angliam, alias Britanniam: Quod cum Romanorum nobiliſsimi reſciuiſſent, indubitanter Pōtifiem adiuere, eum ſuppliciter deprecantes, ne Vrbem Romam tāti Viri præſentia carere pateretur, nihil enim vel maximi, aut minimi ponderis agebatur, inſcio Gregorio, quç namq; probanda diceret, probabant & omnes, & quæ damnanda duceret, vniuerſi damnabant. Quarè voti compotes effecti, eum in itinere repertū

nalis à Bened. Pelagij prædeceſſore.

Angli quarè ita ſint nūcupati.

Gregori⁹ petit à Pōtifice, vt mittat Viros ad prç dicandum in Angliā.

Gregori⁹ mittitur in Angliā.

Nihil Romç momēti agebatur abſq; Gregorij conſilio.

Gregori' ex itinere in Angliã petitur', Romam perducitur.

Gregori' mittitur Legatus Conſt. ad Imperat.

Qum mos erat, vt Põtif. ab Imperatore confirmatione acciperet.

Romam perducunt. Eo interim, Benedicto ad cœleſtia regna euocato, Pelagius ſecundus in eius locum ſuffectus eſt, cui Gregorij eloquentia, doctrina, & vitę probitas cum eſſet ſatis, ſuperque nota, eum Conſtantinopolim ad Tiberium Imperatorem, ſibi iratum, legatum mittit; Temporum etenim vitio præpeditus non ſuperbia elatus Pelagius paſtorali munere fungebatur, non expectato Imperatoris cõſenſu, qui temporibus illis abuſionis potius, quàm magnitudinis gratia, accedebat ad Pontificis confirmationem. Conſtantinopolim igitur cum perueniſſet Gregorius, honorificè exceptus eſt ab Imperatore, quem mox mira eloquentia Pontifici pacatũ reddidit. Verum id miremur opereprętium eſt, quod Conſtantinopoli, annuente Imperatore, per aliquot annos diuerſatus, compoſita cum Eutychio, Patriarcha Conſtantinopolitano, qui veram corporum negabat reſurrectionem, diſputatione, qua corpora noſtra in illa cœleſti gloria, quæ verè puris corde poſt huiuſmodi vitam ſeruatur, aere, & vento ſubtiliora futura, ac propterea nulla lege eadem tangi poſſe affirmabat, adſtante Imperatore, illũ Gregorius tanta verborum vi, doctrina, & ingenij ſubtilitate conuicit, vt Imperator ad id perduceretur, vt Eutychij librum, in hanc ſententiam editum, in ignem ad comburendum iniiceret, ac Eutychium à ſententia deterreret, necnon retractaret, quod fuerat falsò affatus: Hinc morti vicinus Eutychius, multis præſentibus, ver-

Gregori' diſputat cum Eutychio

Conuincitur Eutyc. à Greg.

Imperator comburit libr. Eutychij.

ba in hunc modum ſubtexuit, Confiteor,quia omnes in hac carne reſurgemus. Interea, Tiberio ſecundo ſibi familiariſsimo,è medio hominum ſublato, Mauritium Tiberij generum ad Imperium elatum, ſibi miro familiaritatis gradu copulatum adeo effecit, vt ob eam cauſam Mauritij Imperatoris filium è ſacro baptiſmatis fonte leuarit. Verum interim, Vrbe Roma à Longobardorum Rege valida manu obſeſſa, à Pelagio Romam reuocatur Gregorius, Mauritiuſq; eius rogatu, ingenti coacto exercitu, eò immiſſo Viro, vices Imperatoris gerente,Vrbem Romam à Longobardorum tyrannide celerrimè præripuit. Romę igitur exceptus Gregorius,tota Vrbe perfuſa lętitia,è cœlo immiſſa peſtilentia, & propterea Pelagio ad cœleſtia tabernacula euocato,ſummo omnium conſenſu, Anno ab orbe redempto quingenteſimo nonageſimo, Pontifex eligitur,quem honorem vt refugeret,& ad Mauritium Imperatorem,ne eum ad tantam dignitatem, viribus eius imparem, admitteret, litteras miſit; & plebeio,ac vulgari veſtitu amictus,ad montes confugiens, in ſpelunca delituit. At literis, opera Germani cuiuſdam, in itinere interceptis, aliiſque alterius generis ad Mauritium exaratis, conquiſitus, miraculoq; diuinitus immiſſo,indicio igneæ Columnæ repertus, accedente Imperatoris voluntate ad populi Romani conſenſum, Vrbe Roma vniuerſa omnibus incedente lętitiis, ad ſanctum Petrum, vt mox erat, tertio nonas Se-

ptembris

Eutychiꝰ retractat, quod falsò iam dixerat.

Tiberius moritur.

Gregoriꝰ leuat è fōte filium Mauritij Imperatoris.

Gregoriꝰ Romã reuertitur.

Roma peſtilentia premitur.

Pelagius moritur.

Gregoriꝰ, ne fiat Pōtifex ad mōtes cōfugit.

Gregoriꝰ reperitur.

Gregoriꝰ conſecratur Pontifex

ptembris ſolemni pompa conſecratur. Romanis igitur peſtilentia timore perterritis, Gregorius, mirabile eſt, quàm multos labores perpeſſus ſit, tùm inter ſubueniendum miſeris, tùm in tumulandis innumerabilium mortuorum corporibus, tùm corde, & voluntate nutantibus confirmandis verbo, oratione, & doctrina. Quo factum eſt, ad iram Dei ſedādam, vt Litanias inſtituerit maiores per Vrbem ſeptimo Cal. Maij die B. Marci Euangeliſtæ, teſtibus. B. Gregorio Turonenſe hiſt. lib. 10. Iohanne Diacono in libro de vita S. Gregorij Papæ cap. 41. Ruperto libro 2. de Diuinis Officiis c. 5. ac Sabellico Aeneade octaua lib. 5. Martyrologium autem Romanū, & Tritemius epiſtola octuageſima prima in deſcriptione Eccleſiaſtica, Mamertum, aliàs Claudium Epiſcopum Viennenſem, dum Vrbs vniuerſa, & finitimæ Diœceſis loca terræmotibus quaterentur inſolitis, Litanias ante Domini Aſcenſionem, ad Dei miſericordiam impetrandam, indixiſſe aſtruunt, quem ritum poſtea vniuerſalis Eccleſia, vel tempore Leonis primi ſummi Pont. ſanctiſsimi Viri, anno Dominicæ incarnationis quadringenteſimo quadrageſimo coronati, vel Zenonis Imperatoris anno Domini quadringenteſimo octuageſimo temporibus acceperit. Verum iſta nihil ad nos, ſatis ſit nobis, Gregorium Virum ſanctum præcationibus per Vrbem Romā, & priuatis ſuis orationibus, & precibus iram Dei reddidiſſe pacatā. In munere paſtorali admirabilia ſunt, &

Mirabilia operatur Gregori' erga oēs.

Gregori' Litanias inſtituerit.

S Greg. Tur. l. 10.

Aenead. 8 lib 5.

Epiſt. 81.

Altera opinio de inſtitutione Litaniarum.

Eccleſia quādo Litanias cœperit frequentare

Gregori' iram Dei ſedauit.

& laude omni digna, quæ dixit, fecit, & ſcripſit pro Eccleſia Dei propaganda. In exagitandis Hęreticis eius conſtantia mirificè fulxit, nam Agnoitas Alexandria detruxit; Donatiſtarum in Africa, & Arianorum in Hiſpania audaciam fregit; Siagrium Auguſtodunēſem Epiſcopum pallio augeri negauit, niſi Neophytos hęreſi labe infectos è Galliç regno eiiceret. Serenum Maſsiliæ Epiſçopum, ſacrarum Imaginum vſum tollentem, acerrimè coercuit, necnon eidem impoſuit, ſimulatq; rationibus oſtendit, Sanctorum Imagines eſſe piè, ſanctèq; colendas, ob eorum memoriam, qui digni ſunt, vt ab omnibus honorentur. Sed Viri huius conſtantiam quis facilè cognoſcet, dū Iohannem Patriarcham Conſtantinopolitanū, totius Eccleſiæ nomen ſibi arrogantē, de ſententia deducere ſtuduit, ac Mauritium Imperatoria dignitate præfulgentē, Monachos, pręsbiteroſuè fieri poſſe eos, qui militiæ antea mancipati fuiſſent, negantem ſibi aſſentiri coegit, cui etiā per literas mandauit, ne Iohannis prædicti iuſsis obtemperaret, quoniam vniuerſalis Eccleſię Petro, & ſucceſſoribus Romanis Pontificibus non Epiſcopis Conſtantinopolitanis poteſtatem traditam fuiſſe cōſtat. Longum eſſet præterea, & ſuperuacaneum pręmonſtrare tanti Viri pietatem in omnes, & in eos præſertim, quos Domino lucrifacere poſſet, nam Orientales Saxones per Mellitum Epiſcopū, cò ab eo miſſum, Euangelij

Gregori⁹ vexat hæreticos.

Imagines oſtēdit eſſe adorādas Gregorius.

Gregorij conſtantia, quę, & quāta fuerit.

Eccleſiæ poteſtas cui data fuerit.

Gregori⁹ conuertit

Saxones ad fidem. Anglos &c conuertit Gregorius.

illis gentibus prędicandi cauſa, ad Chriſti Domini fidem perduxit. Quippe qui inſuper Anglos, aliàs Britannos, in primiſq; eorum Regem Eduuinum, ſacro baptiſmatis fonte perunctos, illò Auguſtino Cantuariæ Epiſcopo, Iuſtino, Paulino, aliiſq; vitæ probitate, & omni virtutum genere decoratis immiſsis Monachis, Chriſto conciliatos reddidit. Mira huius viri prœſtantia quanta fuerit, vix verbis explicari poteſt, cum ægra ferè ſemper valetudine multos confecerit libros; Cōſtantinopoli libros ſuper Iob in gratiam Sancti Leonardi Epiſcopi Siuilienſis, qui eo tempore ibidem apud Imperatorem Legationis fungebatur officio, in lucē edere ſtuduit. Super Ezechielē item, ſuper quatuor Regum libros, ſuper Euangelia omnia mirabilia comentaria effecit: Quinimò quatuor Dialogorum libros, Librum item qui Paſtorale nuncupatur, Librum etiam de Sacramentis, Antiphonarium, diurnum pariter & nocturnum ſummo ſtudio compoſuit. Auxit præterea diuinum officium, ſtationes per Eccleſias ſumma deuotione à Chriſti fidelibus ſumendas ſanciuit. In Miſſa inſuper orationem Dominicam, quod Apoſtolos obſeruaſſe perhibetur, appoſuit: Decreuit etiā, vt nouies Kyrieeleiſon in Miſſæ ſacrificio repeteretur. Extra Septuageſimam, Sexageſimam, & Quadrageſimam dicendum eſſe Alleluia ſtatuit, & in Canone addi præcepit, **Dieſq; noſtros in tua pace diſponas, & meri**

Gregori' ferè ſemper ęger.

Opera omnia, & libros, quos Gregori' cōpoſuit.

Gregori' auxit officium Diuinum, & ſtationes ordinauit.

Quæ Gregorius in Miſſæ ſacrificio appoſuerit.

tò

tò quidem tùm deuotione, tùm prædeceſſorum eius imitatione, nam Alexāder primus addidit in Canone; Qui pridie quàm pateretur, qui etiam aquam vino miſceri iuſsit, & ne panis fermentatus, ſed azimus adhiberetur pro Chriſti corpore cōſecrando. Xyxtus primus ſanctus inſtituit. Teleſphorus poſt ipſum Gloria addidit in excelſis Deo. Marcus primus diebus ſolemnibus Symbolum Apoſtolorum iuxta Nicęni Cōcilij formam addi in Miſſa cōſtituit, id, quod etiam præſtitit Damaſus primus Dominicis diebus. Innocentius primus appoſuit, Pacem. Leo primus, Orate fratres, & verba illa in Can. ſanctum ſacrificiū, immaculatā hoſtiā.

Quæ alij ſūmi Pontifices in Miſſa addiderint.

Verum ad Gregoriū reuertamur, qui quatuor Concilia, Nicęnum, Conſtantinopolitanum, Epheſinum, Chalcedonenſe animaduertens, veluti quatuor Euāgelia honore facienda eſſe inſtituit. Illud etiam memoria dignum pręſtitit, vt Epiſcopi quolibet quinto anno Romam aduolarent. De humanitate eius in pauperes nihil eſt, vt dicamus, nā Hoſpitalia pro pauperibus, quos ſuſtētabat, vbiq; locorum erigenda curauit, ea enim de cauſa Probum Abbatem Ieroſolymam miſit. Monachis apud Synam montem diuerſantibus, & Monialibus omnibus, Romæ degentibus, vitæ neceſſaria prębebat. Pauperes, quorum numerū habere apud ſe voluit, ſæpe ſępius ad menſam adhibuit, in quorum numero aliquando Angelum, & Angelorum Do-

Quatuor cōcilia, vt quatuor Euāgelia venerāda.

Epiſcopi Romam vt irēt ſtatuto tempore.

Gregorij pietas in pauperes.

Pauperes cum Gregorio comedebāt.

Gregori' vidit Angelũ Dei, & Dominũ ipſum.

minũ recipere,ac oculis intueri promeruit. Qui autem maiorem tanti Viri pietatem videre percupit,animaduertat Eccleſias,quas ſuis ſumptibus refecit,eis ornamenta multa contribuens,vt Gothorum Baſilicam,quam extruendã curauit,præter eã. Tanta deniq; pietate erat Gregorius prǫditus, vt Romæ nullus adeſſet ſacerdotalis ordo,nulla Eccleſia, Oratoriũ nullum, nullũ tandẽ Monaſterium, de quo ipſe benemeritus non fuiſſet.

Gregori' Eccleſias ędificat, & ornat.

Gregori' multorũ ſcripſit vitam Sanctorum.

Multorum præterea Sanctorum eum vitam conſcripſiſſe cõprehenditur, Entychij,Florentij, Seruuli, Sanctæ Tharſillæ Virginis, eius amitæ, cui Sanctum Felicem, ſummum Pontificem,patruũ ſuum apparuiſſe,illamq; ad cęlũ euocaſſe confitetur,ſancti item Fortunati Epiſcopi, Sancti Cerbonij Epiſcopi, & confeſſ. Sancti Herculani martyris, Epiſcopi Peruſini,Sancti Donati Epiſcopi Aretini,Sancti Caſsij Epiſcopi Narnienſis,Sancti Paulini Epiſcopi Nolani,Sãcti Maximiani,Sancti Bonifacij Epiſcopi Ferentini; Itidem Sancti Redempti Epiſcopi Ferentini, Sancti Seueri Presbyteri, Sanctorum Benedicti, Equitij,Stephani, & Honorati Abbatum,Sancti Martirij Monachi, Sancti Macij ſolitarij,Sancti Mennæ ſolitarij, Sanctarum Romulæ, Redemptæ, & Herundinis, aliorumq; præterea Sanctorum geſta recenſuit Vir iſte? Quid ergo de magnitudine,& ſanctitate eius plura quæramus? Miracula etenim,ne dum geſta eius, hactenus enumerata,

Gregori' nepos Sãcti Felicis Põtificis, & S.Tharſillę Virginis.

S. Gregorij miracula.

ea, id idem teſtãtur, nam præter miraculum illud de ignea columna, adeſt id, quod Iohannes Diaconus refert, in eius nempè, capite Spiritum ſanctum in columbæ ſpecie sępe vidiſſe; Quinimò idem Iohannes in hora, qua Gregorius Deo reddidit ſpiritum, Ieſum, ſalutis noſtræ auctorem, ad eum venientem ſe conſpexiſſe præmonſtrat. Accedit miraculum alterum de Angelo, quem peſtilentię tempore ſuper ſancti Angeli Arcem, quæ deinceps ab Angelo Caſtrũ Sancti Angeli dicta eſt, gladium in locum ſuum mittentem, quo facto, iram Dei ceſſaſſe ſignificabatur, ſe proſpexiſſe narrat. Pleroſq; item è Dęmonum ſæuitia, & malitia eum præripuiſſe legimus. Neque ſilentio quidem pręteribo id, quod vulgo dici ſolet de Traiani Imperatoris anima, quam ex Inferni pœnis ſuis precibus exemiſſe ferũt, omnes referẽs me ipſum ad ea, quæ in huiuſmodi ſententiã ſtylo commiſit doctiſsimus Melchior Can. libro vndecimo de locis Theologicis cap. 2. cum id ipſum rationibus ſit apprimè difficile comprobare. Satis teſtatam apud nos eius ſanctitatem reliquit Vir tantus, nã dum maligni quidam, poſt eius obitum illius opera igni tradenda eſſe ducerent, Iohannes Diaconus in loco eminentiori poſitus, vniuerſo aſtante populo Romano, ſuppliciter à Deo poſtulauit, iurata Gregorij ſanctitate, vt ſi ſanctus, Vir tantus, Gregorius eſſet, vt ipſe iurauerat, mox eum è mundo eriperet; Re-

Spiritus S.i forma colũbæ capiti Greg. inſidet.

Ieſus iuit ad Gregoriũ in hora mortis eius.

Cur Caſtrũ S. Angeli ita dicatur.

Quid de anima Traiani ſentiendum.

Gregorij ſanctitas.

Miraculũ quod Gregorij ſanctitatem demonſtrauit.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

pente hæc affatus, voti compos efficitur, Roma vniuerſa obſtupeſcente, ſimul atq; incipiente deinceps impenſius Gregorij ſanctitatem venerari, & eandem ſummo in honore habere. Hinc Venerabilis Beda eum Anglorum Apoſtolum appellare voluit. Qui dehinc virtutis eius humilitatem animaduerterit, ſtatim percipiet, nam prior inter ſummos Pontifices extitit, qui ſeruus ſeruorum Dei voluerit appellari. De caſtitate, quam perpetuò coluit, quid fortaſsè dixero? ſufficiat Chriſti ſacerdotibus id, quod Victori Panormitano Epiſcopo inſinuauit, vt, ſi ſe in Fœmina maculatum intelligeret, ſacerdotalē dignitatē deponeret, ac proinde ad altare, Deo ſacrificaturus, minimè accederet. Quantæ demum charitatis, & dilectionis in perditos homines, qui de eo male ſentirent, extiterit, facilè ex eo colligitur, quod Ianuarium Caralitanum Epiſcopum, qui quēdam, Iſidorū nomine, ob ſibi illatā iniuriā, excōmunicationi svinculo innodarat, cōpeſcuit. Quarè his, & pleriſq; aliis ad fidei integritatē, & animarū ſalutem pertinentibus prę clare geſtis, cum ſediſſet annos treſdecim, ſex menſes, ac dies decem, omnibus tùm Religioſorum, tum Laicorum vtriuſque ſexus Ordini vitæ ſanctitatis, & probitatis exempla relinquens, quibuſcumque mortem eius lugentibus, Deo gratum reddidit ſpiritum, quarto idus Martij anno ſalutis humanę ſexcenteſimo quarto. Nunc mihi detur te allo

qui,

Gregori⁹ Apoſtolus Anglorū dictus eſt.

Primus fuit, qui ſeruus ſeruorū appellatus ſit.

Caſtitas à ſacerdotibus ſeruāda.

Charitas Gregorij.

Tempus pontificatus Gregorij.

S. Gregorij mors.

qui, ô ſanctiſsimum, atq; virorum fortiſsimũ, quid enim plura de te cõtexere geſtio? Ad laudes nanq; tuas addidiſſe, aliquid decerpſiſſe eſt, cum liquidẽ virtutum tuarum geſta nõ ſermonibus ſolummodo, ſed etiam operibus comprobanda ſint: Te enim, ac alterum Salomonem, ſapientia, iuſtitia, & omni virtute prȩditũ conueniebant omnes, nam qua lege Regina Sabba, Salomonicam auditura ſapientiã, è remotiſsimis orbis terræ partibus Ieroſolymã profecta fuit, ita ad te vnũ vndiq; Romã confluebãt, quos cũ charitate cõplexatus fueris, cũ ſanctiſsimis colloquiis nutrieris, cum deniq; ſalutaribus monitis erudieris, et ũperent vera voce neceſſe erat, & dicerẽt, vt Regina illa, Verus eſt ſermo, quem è terra noſtra audiuimus ſuper ſermonibus tuis, & ſuper ſapientia tua, adeo vt media tantũ pars nobis nunciata fuerit. Beati tunc ſerui tui, beati, qui tibi prȩſtò erant, Beata demum opera tua omnia. Quis ergo de bonitate rectè ſentiens, non cuperet eſſe particeps eo tempore, vel ſocius, vel miniſter tùm cõſiliorum, tùm geſtorum tuorum? Quis noſtrum nõ maximo deſiderio flagret tanti Viri imitari veſtigia, vt ſuo tempore cum ipſo in cȩleſti gloria collocetur? Plurima quidem ſunt, quæ ex ipſo ſequamur, nihilominus eleemoſynã præ cȩteris ſectemur, de qua Dominus noſter Ieſus Chriſtus: Date eleemoſynam, & ecce omnia munda ſunt vobis, & idem Vendite, quæ poſsidetis, & date

Precatio ad Sanct. Gregor.

Omnes ad S. Gregorium, velut ad oraculũ percurrebãt

Hortatur fideles ad eius amplexanda veſtigia. Documẽtũ deſumptum è vita S. Gre. Luc. 11.

Luc. 12. eleemoſynam. Item facite vobis ſacculos,
Ib de elee qui non veteraſcunt, theſaurum nō deficien
moſyna. tem in cęlis, quò fur non appropiat, neque
Act. 20. corrumpit. De eadem Paulus Apoſt. Beatius
Gal. 6. eſt magis dare, quàm accipere, & idem bo-
idem. num autem facientes, non deficiamus, dum tempus habemus, operemur bonum ad omnes, maximè autem ad domeſticos fidei. De eleemoſyna, qua mirum in modum Deo pro peccatis noſtris ſatisfacimus verba multa fecerunt Sancti Patres, Pater Auguſtinus, Gregorius Magnus, Hieronymus, Iſidorus, Cyprianus, quorum auctoritates ex Venerabilis Bedę libello. Dicta notabilium, ſiuè loci communes nuncupato, idq; ad commodiorem vſum dicentium, & legentium

S. Auguſt. vtilitatem. Ait ergo P. Aug. eo loci. Quamuis largiaris tuum, meliorem eleemoſynam

Idem. facis, ſi reddis alienum; Alienum enim eſt, quod habemus, ſi non competenter eo vtimur ad ſalutem: Hæc enim eſt apud Deum grata eleemoſyna, quæ ex vernacula exhibetur ſubſtantia, nō quæ ex fraudulenta pręda

S. Hier. tribuitur. Et Hieronymus Sanctus; Ad menſam, vbi ſunt religioſi pauperes, & peregrini, cum illis Chriſtus cōuiuia eſſe noſcatur.

Idem. Idem Gloria Epiſcoporum eſt, pauperū prohibere ignominiam, omniumq; ſacerdotum

Idem. dignitati propriis ſtudere diuitiis. Idem, Non ſis vanus, cum feceris eleemoſynam indigenti, neque te meliorem illo, cui fœneraris, æſtimes. Sanctus Gregorius Papa etiam,

ſunt,

ſunt enim, qui magna diligunt, & multa ex his, quæ poſsident, egenis diſtribuere pertractant, vt culpas ſuas ante Dei oculos miſericordiæ viſceribus redimant. Idem, Dum quælibet neceſſaria indigētibus damus, ſua illis reddimus; non noſtra largimur. Iſidorus, Ne eligas, cui miſerearis, ne fortè prętereas eum, qui meretur accipere. Idem, Nihil proficis, ſi alium inde reficis, inde alium inanem facis. Idem Duę ſunt eleemoſynæ, vna corporalis, egenti dare quicquid potueris; Altera ſpiritualis, dimittere, à quo lęſus fueris. Et Cyprianus, Qui ſecundum Deum ſapiens eſt, & eleemoſynam facit, Deum credit, & qui habet fidei veritatem, ſeruat Dei timorem; Qui autem timorem Dei ſeruat in miſerationibus pauperum, Deum cogitat, & honorat. Adſunt & loca pleraq; in teſtamento veteri, Tobias enim ait, Melius eſt facere eleemoſynam, quàm theſauros auri cōdere. Idem, Ex ſubſtātia tua fac eleemoſynā, & noli auertere faciē tuam ab vllo paupere, ita.n. fiet, vt nec à te auertatur facies Domini. Salomon quoque, Redēptio animę iuſti, diuitię eius. Idē ibidem, Qui aūt miſeretur pauperi, beatus erit. Idem eo loci, Qui calumniatur egentem, exprobrat Factori eius, honorat autem eum, qui miſeretur pauperi. Idem cō clude eleemoſynam in ſinu pauperis, & hęc pro te exorabit à peccatis, & ab omni malo. Eleemoſynam igitur faciamus, vt peccatorum abſolutionem conſequamur.

S. Gregor. | Idem. | Iſid. | Idem. | Idem. | Duplex eſt eleemoſyna. | S. Cyp. | Tob. 12. | Idem c. 4. | Salomon lib. Prou. c. 13. & 14. | Eccl. c. 29.

DE VITA,

DE VITA, MORIBVS, AC BEATO FINE Sancti Gregorij eximiæ virtutis Viri, vtpotè Martyris, & Magnæ Armeniæ Epiſcopi ex Martyrologiis, & Simeone Metaphraſtè acceptis.

QVONIAM tot numero Sanctos vel Epiſcopos, vel Martyres, quot Pontifices inter Martyrologia, & grauiſsimos Auctores legẽdum reperi, qui nomine eodem, quo Gregorius ille Magnus, vocantur, hinc eo incedam ordine, vt, Pontifici Maximi alicuius vitę inſtituto manifeſtato, in primiſq; Sanctorum, Epiſcopi alicuius vitã contexere geſtiam, animiq; mores curem aperire. Quarè S. Gregorij re, & nomine magni, ſummi Pótificis habito ſermone, mox de S. Gregorio magnæ Armenię Epiſcopo verba mihi facienda eſſe decreui; In cuius rei gratiã loci illius dicendi facultas ſuper Iſaiã Prophetam occurrit mihi: Videns enim Deus mundum timore labefactari continuò, cum oppidò quàm pauci ſibi deſeruirent, vt eum amore reuocaret, inuitaret gratia, charitate teneret, & conſtringeret (vt ita dicam) affectu, per os Iſaię prophetæ ſe ab oriente, & de terra longinqua, virum', iuxta cor ſuum, educturum pollicetur. Et quis eſt, qui non videat huiuſmodi fuiſſe Gregoriũ in orientalibus partibus ortũ? Ibi enim Deus optimus

Auctoris ordo dicẽdorum.

Iſa. c. 46.

Gregori' in parti-

mus maximus filiis Iſrael è dura Babylonis ſeruitute per Cyrum liberationẽ repromittit, vt ſibi, non Idolis, quos aliquando coluiſſe gentẽ illam durę ceruicis inuenimus, omnia accepta ferrent, ita Armenię magnæ populum idolatrię labe fœdatum per Gregorium ad Euangelicę veritatis fidem perducere ſtatuit. Verùm, nè tanti viri ortum dignisſimum conſultò præteriiſſe videar, breuibus, vt potero vniuerſum vitæ eius inſtitutum percurram. Gregorius igitur in magnę Armeniæ Regno, tempore Conſtantini Magni piisſimi, & catholici viri, genere clariſſimo, nempè, regio ortus eſt, patre Anac, qui aliquando, Artaſirę regis Perſarum ſuaſu, in Armenię regem, ſibi conſanguineum, Cuſarum nomine, inſurgens eũ interemit; Cuius rei cauſa mòx genus omne, & Anac ipſo ab exercitu interfecti Regis ad necem conquiſito, & interfecto, duo tantum Gemelli, adhuc lactanei, faſciiſq; inuoluti, præſeruantur, quos quidam ipſius Anac & affinis, & domeſticus internicioni, quę magna manu tunc exercebatur, ſubtraxit, quorum alterũ apud Perſas, alterum verò apud Romanos, iſte fuit Gregorius, nutriendũ curauit. Quibus ad Artaſiram, Perſarum regem, Anac familiaritate coniunctiſsimum, delatis ex Albanis, & Iberis eius ſubiugatis imperio, cõparato exercitu, caſtra mouit aduerſus timore concuſſos Armenos, qui, mortuo eorum Rege, Cuſaro, vt erant & animo, & viribus minus

bus Orien tis ortus eſt.

Gregori9 Epiſcopus natus eſt in Regno Armenię. Quis Gregorij pater.

Pater S. Gregorij necatur.

S. Gregorius Romæ nutritur.

Rex Perſarũm cõtra Armenos.

Rex Perſarum ex Armenis tulit triũphum.

minus præſtantes, non modo captiui facti ſunt, ſed eorum regnũ Perſarum regno fuit copulatũ. Quarè Armeniæ populi,acta prę-da,multiſque clade affectis, aliis item factis captiuis,glorioſus effectus,in ſuum reuertitur regnum Artaſira. Sed cum in enumerandis ex Armenia à ſe adductis captiuis,vnum ex filiis Cuſari Armeniæ regis, nomine Teridatem,comperiſſet, ætati eius parcens, & tempori,eum non morte afficiendũ,ſed exilio mulctandum apud Romanos conſtituit. Romæ igitur & Gregorius, & Teridates diuerſantes parentibus, & regno orbati, adoleſcentes effecti virtutibus operam nauare conſtituunt, iſte Idolis, & militari arti inſeruit,ille verò liberalium artium ſtudiis,& chriſtianæ diſciplinæ moribus curam,& ſolicitudinem omnem concedit. Verum cum dehinc Gothi Romam, nimio furore rapti, inuaderent,cognita Teridatis in re militari virtute,atq; præſtantia, Romanorum Imperator ei belli rem omnem imperatoria au ctoritate agere mandat, quo exequente, in fugam conuerſi ſunt Gothi, ſimulatq; bono omni ſpoliati dimittuntur, qui morte non fuerunt affecti. Romam ergo præclarè reuerſus Teridates tantæ exiſtimationis, tantæq; virtutis haberi cœpit apud Imperatorem,eiuſque populum, vt eum, valido exercitu coacto,comitatum, deuictis Perſis, Armeniæ conſtituerint regem. Quarè Teridatem regni Armenię legitimum ſucceſſorem

Filius regis Armenię Romã mittitur exul.

Teridates filius Regis Armeniæ Idola colit, & Greg. efficitur chriſtianus.

Gothi Romani inuadũt,ſed à Teridate ſuperãtur.

Teridates fit Rex Armenię.

eò ſecutus eſt Gregorius, qui ſapientia, & prudentia, ac cæteris, quibus cõfertus erat, virtutibus, rei iã euentum non ignarus, quidnam, videlicet, pater eius Anac Cuſaro Teridatis parenti fecerit, eum, in quibus poterat, obſeruabat. At humani generis perpetuus hoſtis, Diabolus, qui innumerabiles nocendi artes nouit, Teridatem tentare aggreditur, vt quemadmodũ Gregorius in reliquis ſibi obſequebatur, in ſuę etiam religionis colendæ Dianę, eius Deę, cui quotidie immolabat, deſcenderet vnitatem, Cui, idipſum obnixè à ſe poſtulãti, reſpõdit Gregorius, quę nos à Deo nullo modo abducũt, iubentibus Dominis carnalibus, vt ait Apoſtolus Epheſ.c.6. perficere tenemur, in reliquis autem ſoli Deo placere, eiq; obedire iubemur, nam cibus Domini noſtri Ieſu Chriſti, ſuauitate omni repletus eſt, vt voluntatẽ patris omnipotentis faciamus, vt idem Dominus inquit; Et quamuis Matth. cap. 23. Legamus omnia, quæcumq; dixerint vobis, ſeruate, & facite, in eo ſenſu intelligenda ſunt verba illa, vt Deo, Deiq; legi reſpondeant. Quarè ſi humana pręceperis, libenter exequi ſtudebo, ſi verò ſpiritualia, Diuinę legi aduerſantia, iuſſeris, neque tibi pręſtò eſſe, neq; me tui imperata facturum certò teneas. Tunc iratus rex Teridates, Gregorium mirum in modum ſemel, atque iterum, & tertio, ac eò amplius carnificibus [illegible] torquendum tradidit, quibus iuſſa exequẽ-

tibus

S. Gregorius pergit cũ Rege Teridate ĩ Armeniam.

Teridates quęrit à Greg. vt Idola veneretur.

Greg. negat ſe idola veneraturum.

P. Apoſt. Epheſ.6.

Quis ſit Dei cib'.

Ioh.4.

In quibus tenemur Dominis mundi huius obedire.

Teridates ira percitus in Gregorium.

Martirij initiũ S. Gregorij.

tibus perſuadere nititur Diabolus, vt eum exquiſitis parati ſint vrgere ſuppliciis. Quarè mox apprehenſum Virum ſanctũ, ori eius ingenti amoto ligno, corporeq; eius vniuerſo funibus alligato ſalis item glebis nonnullis onuſtum, ſine cibo, & potu, tamquàm ita ſpiritum exalaturũ, relinquunt, quem, mortuum credentes, conuenerunt, ſed eum, viuũ repertum, perducunt ad Teridatem regem, qui ad ſe accerſitum mox interrogat, meliori ne ſit conditione Diis ſacra facere, an potius illius generis tormẽtata ſubire. Sed Vir præclarus in priori ſententia perſiſtens, iracũdia, & furore inflammatus maiori, quàm antea, Rex Teridates Martyris corpus crudeliſsimè dilacerari iubet, quem carnifices mox apprehendentes, ſuſpendunt iterũ pedibus ſeptem diebus, capite ad terram conuerſo, ac igne ſuperpoſito cum ſulphure, & cœno, necnon & decẽ militibus dehinc adhibitis, qui illum virgis, lenitate omni depoſita, continuò cęderent, vt hinc verberibus, & illinc intollerabili pœdore actus, minimè reſpiraret. Verum mirabile eſt, quàm conſtantiſsimè hęc, & illa pateretur Gregorius, nam quemadmodum tres illi Pueri vincti, in fornacem ignis ardentis iniecti, vno ore benedicebant Dominum, ita ille Deo ingentes referebat gratias, tãquam nullo vnquam tẽpore tàm ſuauiter epulatus fuiſſet, quinimò Domini Ieſu Chriſti, dum in ligno crucis penderet, & conſociorum ſuorum, &

Teridates Gregoriũ accerſit, & interrogat.

Gregori' ſupplicia æquo animo ſuſtinet.

Secundò cruciatur Martyr Greg.

Gregori' cum eſſet in tormẽtis laudes perſoluit.

Pro-

Protomartyris Stephani,& B.Iacobi Ieroſolymitani Epiſcopi, ex altiſsimo Templi loco præcipitati,exempla ſecutus, Deum pro inimicorũ ſalute precabatur. Sed quod pręclarum eſt,cum eſſet in illis tormentis, vt B. Andreas in cruce, prędicare non deſiſtebat, pollicebatur, namq; eis, ſi conuerterentur à via eorum peſsima,magnam Dei benignitatem: Pręferebat inſuper parentis noſtri Adę lapſum, & paradiſi expulſionem pro vetito cibo,ſubiungens Chriſti Domini carnis noſtrę aſſumptionem, eiuſdem ſęuiſsimam paſſionem pro redimendo genere humano. Pręmõſtrabat deinde Domini Reſurrectionem à mortuis,& ad cœleſtia regna aſcenſionem. Docebat pręterea bonitati addictos cœlum introgreſſuros, ac Deo perpetuò fruituros; Perditos autem homines in Infernum, igne vbique locorum circumſeptum, carente lumine,carente ſplendore, vim tamen mirum in modum habente vrendi, detrudẽdos eſſe atteſtabatur. Quibus, quæ nempè, Vir ſanctus affatus fuerat, à ſcriba ad Regem Teridatem delatis,iterum Gregorium ad ſe per ducendum Lictoribus mandat, cui tunc Teridates, iubebo te maiori iterum dolore vexari, ne, noſtræ non aſſentiens maieſtati, ad regnum, quod quàm facillimè obiectis, valeas peruenire. Mox illi Gregorius, glorioſus Chriſti athleta, nondum ad illud perueni Tabernaculum,nondum ad eam aduentani fęlicitatẽ, ſed huiuſmodi dilacerato corpore

Gregori⁹ rogat pro inimicis.

Gregori⁹ prædicat carnificibus vt cõuertãtur.

Igni inferni qualitas.

Teridates iterum ad ſe Gregoriũ vocat.

pore

S. Gregorius fortitudo.

pore cum exutus fuero, ad illum peruenero Tribunal, à quo tu miſer, niſi iniquitatem tuam recognoueris, facilè condemnaberis. Ira repente exarſit Teridates, quo factũ eſt, vt dolore premeretur vehementiori verus Chriſti miles, ne ad eam, quam repetebat, perduceretur lętitiã. Hinc fiſtula naſo eius amota, ſalem, ac nitrũ, aceto mixtum, in nares eius immitti imperat, inſuper & capite, & collo calatho, caligine conferto, per ſex dies eum vult angi Tyrannus tàm graui dolore. Quid nam exiſtimas (candide Lector) dixiſſe tunc Sanctum Martyrem, ita dolore actum? A laudibus, & colloquiis diuinis nunquam ceſſabat, Decantabat etenim, & cum pſalmographo pſallebat, Euntes ibant, & flebant mittentes ſemina ſua, venientes autem venient cum exultatione portantes manipulos ſuos. Septima die ad eum videndum pergit Teridates, quẽ cum de ſententia colendæ Chriſtianæ religionis deducere non poſſet, ira vehementiori percitus Rex, vniuerſa tormentorũ genera adhiberi mandat, vt vel ſic Diis ſuis, & Dianæ præſertim, immolaret, vel in tormentis, vitam, ſibi hactenus relictam, finiret. Quarè Venerabilis Vir pedibus, clauis confixis, incedere cogitur, quod alacri ipſo perferente animo, nihilo placatior factus Teridates, eius tibias excoriari, & cuneis ferreis confibulari imperat. Neque hiſce cruciatibus ſatiatus Tyrannus, imò inſolentior effectus, tamquàm ludibrio ſibi

Tertiò premitur Greg.

S. Gregor. admirãda patiẽtia.

Pſal. 126.

Teridates ſeuiſſimus Tyrannus pergit ad vidẽdum S. Gregor. torm ti agitatũ.

Quarta vice cruciatur Gregorius.

ſibi videretur tanti Viri conſtantia, plumbũ liquefactum, ac in lebetem immiſſum in eum aſpergi, nec non ſuſpenſum pedibus è partibus poſterioribus in eius vẽtrem aquam infundi, ac ipſum vnguiis ferreis excarnificari præcepit. Sed cum forti animo omnia tormenta eum ſubeuntem videret, quẽ tormentis in ſuam ipſius ſententiam perducere nequiret, blanditiis, ac muneribus amplisſimis illum tentare aggreditur, Accerſiui te, Gregori (ait Teridates) vt honoribus, & muneribus augeam, modo in animum tuum induxeris, Diis meis immolare, eoſdemq; perpetuò colere. Cui Gregorius, Ego verum Deũ, qui vnus Deus eſt, venerari nullo pacto deſinam; Deos autem veſtros, qui nihil ſunt, niſi dęmonum ſimulacra, à prima ætate mea odi, & execror. De muneribus verò id, quod Daniel Balthaſſar, Regi Babylonis reſpondit, affatus eſt, Munera tua tibi ſint, & dona domus tuę alteri da.

Quĩto vehementer torquetur Greg.

Blanditiis & muneribus tentatur Gregorius.

S. Gregorij reſponſio ad Teridatem.

Dan. c. 5.

Dum illa, & ſimilia à Gregorio ſancto dicerentur, quidam, qui à ſecretis regis Teridatis nunquàm diſcedere cõſuerat, Regem alloquens, inquit, hunc, quem tormentis extorquendum iuſsiſti, filium eſſe ſcias cuiuſdã, Anac nomine, qui Regem Cuſarum parentem tuum immani morte affecit, ac Armeniã vniuerſam, per Regem Perſarum, in diſcrimen perduxit. Mòx Teridates miniſtris, colligate illum, & in lacum demergite, vt intereat. Quare apprehenſum Gregoriũ,

Secretari⁹ regi Teridati parẽtis eius mortem manifeſtat.

manibus, pedibuſq; , & collo ligatis, minus clementiores carnifices in lacum cœno, vermibus, & ſerpentibus, quę etiã reptant, plenum, iniiciũt, effoſſum multis retro temporibus, & ab Armenis fabricatum apud Ciuitatem Artaxat, in quem illi, qui capitali ſententia tenebantur, præcipitabantur. O' mirabile factum, ò rem mirabilem, ò ſummę ſanctitatis indicium, vt illic Vir tanta ſanctitate donatus per quatuordecim annorum ſpatium in illa cõflictatione permaneret, id, quod incredibile dictu, ne dum factu crederetur, niſi à Deo adiutus fuiſſet, cum ij, qui eò inferebantur, nec etiam tota ipſa die durarent. Diceret fortaſsè callidi ingenij aliquis, quomodo potuit ſine cibo, ac potu tandiù in lacu illo perſiſtere Gregorius? Quemadmodum dixerim quod tot tormentorum genera Diuina virtute ſuperauit, ita tanto tempore ipſo in loco valuit perdurare. Hinc Mulier quædam Ciuitati Artaxat proxima, diuinitus inſpirata, miſericordia permota, ad illum ſingulis diebus fruſtum panis, quo tantiſper Vir Dei refocillabatur, ne corpus, omnibus amiſsis viribus, deficeret, immittebat. Interim Teridates mortuum Gregorium exiſtimans, ad Perſas, tùm Patris, tùm Regni ſui vlturus iniurias, ſe conuertit. Hinc demum aduerſus eos, qui nominis chriſtiani eſſent, aciẽ dixerit, quorum pleroſque, & pręcipuè Virgines ſibi in libidne non aſſentientes, morte turpiſsima affe-

S. Gregori' immititur in lacũ ſerpentibus, & cœno plenum.

Res planè admiranda.

Dubitatio.

Reſpõſio ad dubitationem.

Mulier in ſingulos dies parũ panis Gregorio in lacum immittit.

Teridates cõtra Perſas, & contra Chriſtianos.

affecit. His ita ſe habentibus, Deus omnium æquiſsimus Iudex occurrit Gregorio diutiſſimè laboranti, in loco illo inter ſerpentia, venenum ſpirantia, veluti Danieli inter Leones, Iob inter Diaboli tormẽta, Tobię inter cęcitatem diuerſanti, prętò fuit: Occurrit & furenti Teridati, ne tantoperè in ſuos ſeruos ſęuiret, & famulas. Nam ei eadem ceù illius forma, quę Nabucdonoſor regi Babyllonis ſuperuenit, Diuinoq; iudicio accidit, immutata eſt, forma quidem eius extrinſeca in porcum permutata, diſcruciabatur dolore vehementi. Et quamuis Magiſtratus, & Ciues, & reliqui demum vniuerſi facinoris ſectatores, nõ eandẽ, quam Teridates, ſubiiſſent commutationem, in furorem nihilominus, & dęmoniacam rabiem, ac dementiam adducti, modo huc, modo illuc inſanientes percurrebant. Verum Deus, cuius (vt ait Apoſtolus) incomprehẽſibilia ſunt iudicia, & inueſtigabiles viæ, tãtę rei euentũ ſibi ſoli notum, manifeſtare deſiderans, Mulieri cuidam, Cuſaro ductę nomine, Regis Teridatis ſorori, ſomnium noctu apparere voluit. Erat autem ſomnium, quod lucem quandã, hominis figuram pręſeferentem, ſibiq; loquentẽ videbat, Vade (inquit) & Armenis dicito, vt ſi tanto grauamine, & malorum pondere leuari peroptant, Gregorium, iam quarto ſupra decimum anno, in lacum immiſſum, reuocent, ac eum inde mox extrahant. Repentè Mulierè lecto ſurgens, omnibus, quod viderat,

Deus conſolatur S: Gregoriũ.

Magnum miraculũ.

Teridatis facies in porcũ mutatur. Res mirabilis.

Rom. cap. 11.

Somnium quidẽ mirabile.

Mulier Teridatis ſo

tot Armenis indicat ſomnium.

derat, ſomnium narrauit: At ipſis non credentibus, ſed ſolummodo factum admirantibus, ſemel, atq; iterum idem contendit mulier aperire ſecretum. Incredulis tandem omnibus exiſtentibus, adfuit inter eos Vir quidam genere clarus, Autaias nomine, qui diuinitus actus, ad locũ, in Vrbe Artaxat eſ foſſum, pergit, & ibidem accitum Gregoriũ, ipſumq; reſpondentem, funibus in lacũ immiſsis, extrahit, quem tantiſper recreatum ad Ciuitatem, vbi Rex Teridates, & Ciuitas vniuerſa rei exitum expectabat, perduxit, quo miraculo omnes, qui ibi tunc aderant, permoti ad Gregorium, in primiſq; Teridates, & Vxor eius Aſichenes, eius pedes lambentes, proſtrauere ſeſe, ab eo ſummis precibus petentes, vt & ſibi ipſis ignoſceret pro illatis iniuriis, & Deo ſuo, quẽ iã diù apud eos iactitauerat, preces effunderet ſedulas, vt, rabie diabolica, & Teridate porcina forma exteriori depoſita, reſpirarent; Quòd ſi voti compotes fierent, chriſtianã religionem, quam ipſe fatebatur, ſe ſuſcepturos forè pollicebantur. Quarè obnixè Deũ Oranti Martyri Gregorio lux Diuina apparuit, è cœlo demiſſa, qua mox in vniuerſam regionem illam diffuſa, ſignificatum eſt, eius preces irritas minimè fuiſſe. Sanitate igitur donati omnes, &, primo Teridates, cũ coniuge Dęmonum ſimulacra abnegãtes, Deum verum corde, pariter & ore venerari cœperunt ſacro baptiſmatis fonte à Gregorio Viro ſancto

Quidam Armenus nobilis extrahit de lacu Gregorium.

Teridates cum Vxore, & reliquus populus adorãt S. Gregorium.

Promittũt cõuerſionẽ Armeni, Greg. rogans pro Armenis vidit miraculum.

Couertũtur Armeni, & à S.

ĉto perunĉti. Verum non immemor Teridates malorum,quibus Virgines & reliquos Chriſti martyres affecerat,ſuadente Gregorio,eorum reliquias colligendas, ſimul atq; collectas in ſacellis,à ſe extructis, reponendas per Gregorium curauit. Inde mirabile eſt,quod fama eius,& eorum,quę ſibi euenerāt, vbiq; locorū diffuſa,nō modo Armenia vniuerſa, ſed & finitimę Ciuitates ad Gregorium baptizandæ certatim confluebant. Hinc Ciues omnes Teridatem cōuenientes, ſuppliciter ab eo petunt, vt Gregorium in Epiſcopum eis deligere liceat, quo annuente,Gregoriū omnes rogant,vt voluntas eius ad populi,& regis vnanimen conſenſum accederet, ſed recuſante illo, ſe tanti muneris indignum æſtimante,& eorum precibus reſiſtente, dolore nimio vniuerſa Ciuitas afficitur, ſed mox ab Angelo monitus cū eſſet, ſe eorum Epiſcopum futurū eſſe ſpopondit. Propterea Teridates,& Vxor eius Aſichenes cum literis,& magno clariſsimorum Virorū ſuorum comitatu Cęſaream Cappadociæ ad Leontium, ibidem Epiſcopum, Gregorium mittunt,quē cum ſuis tanto honore,tantaq; animi alacritate ſuſcepit Leōtius, vt eos omnes in ſui admirationem adduceret. Quarè poſt aliquot dies Gregorium Leontius conſecratum remittit ad Armeniæ Regem cum duobus ipſius Gregorij filiis, Orthane, & Aroſtane, quos in ſua iuuentute ex honeſta, & legitima vxore, quæ tunc vita perfuncta

Greg. babtizātur.

Teridates extruit ſacella, vbi reliquiæ sāctorum reponuntur.

Armeni petunt à Teridate Gregor.id Epiſcopū.

Renuit eſſe Epiſcopus Greg. ſed cōſentit,Angelo id ei pcipiente.

Greg. mittitur in Cęſariam.

Greg. reperit duos filios in ditione Cęſareæ.

erat,acceperat,eos etenim iam exules in locis,Cęſareæ proximis,inueniendos curauerat Teridates. Epiſcopus igitur effectus,mirabile eſt, quàm vberes ex Armenia vniuerſa retulerit fructus, recenſere, nam ad eum, eiuſque documenta, & chriſtianę religionis pręcepta percipienda, certatim confluebãt; Hinc nulli pepercit labori in pueris,reliquiſque in Chriſti educandis. Humilitate, abſtinentia, caſtitate fuit penè incredibili.

S. Gregorij virtutes.

Quod ſi eius virtutes adhuc prædicare vellem,dicerem quidem ad eum, tamquàm ad Oraculum,ex diuerſis terræ partibus aduenaſſe, & Perſarum, Medorum, Aſſyriorum, Hunnorumq; plurimos,quos baptizatos, & chriſtianã religionem edoctos, Chriſto conciliauit. At cum ſolitudinis deſiderio teneretur, Aroſtane filio in Armenię Epiſcopum conſecrato,conuocatiſq; Clero,Rege,& reliquis ſuæ diſciplinæ alumnis, præclara habita oratione,qua omnes ad chriſtianę fidei integritatem retinendã,& pietatem,& charitatem amplexandam cohortabatur,in ſolitudinem ſe recepit,vbi ieiunio,orationibus, & diſciplinis reliquo vitæ ſuæ cõſumpto,ad eum,ad quem adeo aſpirabat,vt ſemper cœleſtibus ſpiritibus aſtare videretur, pridie Calend.Septembris migrauit in Cęlum,omnibus eius obitum,vtpotè qui veræ diſciplinæ,& morum pater, ac eorum ſalutis auctor extiterit, multis diebus lugentibus. Quis ergo noſtrum ad noſtram correctionem flagella

S.Gregor. conſecrat Epiſcopũ filiũ ſuũ.

S.Gregor. ſeceſſit in ſolitudinem.

S. Greg. obitus.

gella

gella vel per inimicos, vel per humani generis aduerſarios vel à Deo immiſſa,ſãcti Gregorij martyrium ad memoriã reuocans,non facilè diuina gratia ſuperet? Quis non crederet,ſi ideo mente captus eſſet,illum à Domino fuiſſe derelictũ, quando latens manus ipſius erat cum illo in tormentis, & lacu? Quo docemur patientiã, vt poſſumus æmulari, tantæ etenim perfectionis eſt, vt de ea Salomon Prouerb. c.14. dixerit, Qui patiẽs eſt, multa gubernabitur ſapiẽtia, qui autem impatiẽs eſt,exaltat iuſtitiam ſuam, & idem ibidem c.19. Melior eſt patiens Viro forti, & qui dominatur animo ſuo expugnator eſt Vrbium,iſte fuit Gregorius: Hinc Dominus de eadem in Euangelio. In patientia veſtra poſsidebitis animas veſtras. Et de illa Petrus Apoſt. Hæc eſt enim gratia, ſi propter continentiam Dei ſuſtinet quis triſtitiam, patiens iniuſtè:ſed ſi bene facientes, patienter ſuſtinetis; Hæc eſt gloria apud Deum. Et Paulus. Tribulatio patientiam operatur,patientia autem probationem, probatio verò ſpem. Et idem,Patientia enim vobis neceſſaria eſt,Vt voluntatem Dei facientes,reportetis promiſsionem. Et Iacob. Apoſt. Beatus vir, qui ſuffert tentationem, quoniam cum probatus fuerit,accipiet coronam vitæ,quã repromiſit Deus diligẽtibus ſe. Sancti quoque Eccleſiæ Doctores, & patres de patientia ſubtiliſsimè pertractarũt,P. Auguſtinus, S. Hieronymus, S. Gregorius, S. Ambroſius,

Documẽtũ,quod à vita Gregorij ſancti accipitur.

Pro. c.14.

Ibid. c.19.

Luc. 21.

1. Pet. 2.

Rom. 5.

Idem.

Iac. 1.

S.Baſilius,Cyprianus,& Iſidorus, vt ex Venerabili Beda eodẽ loco accipitur; Vnde S.

S.Auguſt. P. Aug. inquit; Qui ergo fuerit patientior ad iniuriã,potentior conſtituetur in regno;

Idem. Et idem, Quantum patiens eſt Dominus noſter in ſuſtinendo delicta noſtra, tantum ſeuerus erit in diſcutiendis actibus noſtris.Et S. Hieronymus, Apud Chriſtianos, non.n.

S.Hier. qui patitur,ſed,qui facit contumeliam, miſer eſt. S.Gregorius item,Patientia vera eſt

S.Gregor. aliena mala vnanimiter perpeti,cõtra eum, qui mala irrogat nullo dolore morderi. Et

Idem. idem,Igitur cum patientia relinquitur,etiã bona reliqua, quæ iam geſta ſunt,deſtruuntur: Qui etiam ait, ſine ferro martyres eſſe poſſumus, ſi patientiam veritatis in animo

S. Amb. ſeruamus.Tribus modis virtus patiẽtię exerceri ſolet; Aliquando enim ſunt,quæ à Deo; aliquando quæ ab antiquo aduerſario; aliquando quæ à proximo ſuſtinemus: A proximo nanq; perſecutiones,damna,& contumelias: Ab antiquo aduerſario tentamenta: A Deo autem flagella toleramus. De patien

S. Baſil. tia item B.Baſilius, Fili, ſi cupis patientiam habere,moneo primum te ipſum,vt ad man

Idem. data diuina excites mentem tuam. Idem,Si quis tibi intulerit mala,ne iraſcaris,ſed dole potius pro eo, quia Deus illi iraſcitur.

S. Cyp. Etiam B.Cyprianus, Neque enim poteſt veraciter bona docẽdo impẽdere, ſi viuẽdo neſcit æquanimiter aliena mala tolerare. Et Iſi

Iſid. dorus contra linguæ gladium patientiæ pre

be

be ſcutum. Et idem, Magna virtus eſt,ſi nõ lędas,à quo lęſus es;Magna eſt virtus,ſi etiã lęſus remittas. Idem, Qui vitæ futuræ diligenter excogitat præmia, mala omnia vitæ præſentis æquanimiter portat. Ex quibus illud inferendum videtur, vt, omnia æqui, boniq; conſulentes, minus ſecunda,quæ nobis aduenerint,forti animo tolerentur,vt aliquãdo cum Sãcto Gregorio in cœleſti gloria coronemur,quod nobis concedat, qui ſine ſine viuit,& regnat in ſæcula ſęculorum. Amẽ. Idem. Idem. Cõcluſio.

DE VITA, MORIBVS, ET BEATO FINE Sancti Gregorij ſecundi Pontificis Max. ex Martyrologiis,ex Petro Meſſia,ex R.P. F. Onuphrio Panuinio Veronenſe Ord. Eremit. S. Auguſt. & Platina.

VITAM, & mores, ac denique beatũ finem Sancti Gregorij ſecundi ſummi Pontif. ſcripturus,Salomonis opera lectitãs, eum Prouerbiorum c. vltimo dixiſſe memoria teneo, Tria eſſe animalium genera,quæ, prę cęteris,perbellè gradiũtur in orbe Leo, qui eſt belluarum fortiſsimus, quique ea de cauſa nullius cõſueuit timore acceſſum. Gallus præterea, cum lumbis ſuis accinctus ſecernitur. Demum eſt Aries, cui incedenti, neque etiam eſt rex,viribus ita præſtãs, qui reſiſtat. Quod quidẽ eximius Eccleſię Sanctę Dei Doctor S. Hieronymus animaduertens, Pro. c. vlt. in fine. Tria ſunt animaliũ genera. S. Hieron.

tens, inquit per tres huiuſmodi animalium ſpecies Prælatum commodè intelligi poſſe; debet vtique Prælatus eſſe Leo, qui cum nullo concutiatur timore, ita Eccleſiæ præpoſitus malè viuentes, & fidei aduerſantes pauere non debet, imò eoſdem acriter reprehendere, &, quacumq; ratione poteſt, illos, oportunis adhibitis remediis, coercere, & ſuppliciis agitare. Ad Galli inſtar ſit ipſe Prȩlatus, nam quȩ aliis facienda proponit, dicit, & prædicat, opere perficiat. Denique ſit Prȩlatus Aries, quoniã quemadmodum animal huiuſmodi gradiẽs reliqua id genus animalia ſecuntur, ita Eccleſiȩ præpoſitus in omnibus adeo ſe gerat, vt ſequantur eum in illis Domini noſtri oues, ſibi cõmiſſæ, quomodo Paulus Apoſt. ad Titum ſcribendo dicebat, In omnibus te ipſum præbe exẽplum bonorum operum, in doctrina, in integritate, in grauitate. Huiuſmodi videtur fuiſſe Gregorius ſecundus, qui non ſolum in Pontificatu, verum etiam in vniuerſa eius vita, ita repertus eſt, vt nullius vnquã offenderit aſpectũ, etiam in pueritia, quemadmodum de Sancto Tobia perhibetur, quod nihil puerile geſsit in opere. Romȩ igitur Gregorius nobili genere ortus, patre Marcello, à teneris annis in Chriſti diſciplina optimè educatus, adeò ſui magnam ſpem concitauit, ac omnes, qui eum nouerant, in tantam admirationem adduxit, vt in omnium eſſet oculis. Quarè cum adoleuiſſet, probȩ indolis cũ eſſet, in literarum

Prælatus debet eſſe vt Leo.

Prælatus debet eſſe, vt gallus, & Aries.

Paul. Ap. ad Tit. c. 1.

Figuræ applicatio.

Tob. c. 1.

Gregorij natiuitas.

rũ diſciplinis mirificè profecit; Hinc ipſius ſatis,ſuperq; ſapientia,doctrina, & vitę integritate cognitis,Bibliothecæ palatinę præficitur, ac ſacris initiatur ſub Sergio primo miræ ſanctitatis viro. Verum creſcentibus cum ætate,& doctrina,& moribus,Conſtantinus Põtifex Max.à Iuſtiniano ſecundo Imper.Rom.Viro catholico, Cõſtantinopolim inuitatus,accitum Gregoriũ, ſocium habere voluit ſuæ profectionis,vtpotè qui doctrina,eloquentia,& pręſtanti prudentia polleret. Neapoli igitur ſummus Pont. cum ſuis humaniſsimè exceptus eſt,vbi cum plurimũ temporis apud Imperatorem diuerſatus eſſet, nonnullę inſurrexere grauiſsimę qũæſtiones, ad fidei vnitatẽ pertinentes. Quarè in diſputationibus plurimis pro fide catholica tuenda,& confirmanda,& pro hęreſibus euertendis,aſtante Pont.Imp.& reliquo populo,Gregorij ſapiẽtia,ac doctrina enituit. Rebus ergo cum Imperatore compoſitis,Romã reuertitur Conſtantinus,qui paulò poſt, doloribus pręuẽtus, & febribus animã Deo reddidit,in cuius locum, omnibus annuẽtibus,Gregorius ſuffectus eſt anno Dominicę incarnationis ſeptingẽteſimo decimo ſexto. In ſuſcepto igitur à ſe paſtorali munere adeò præclarè ſe geſsit, vt Gregorium primum, nomine magnum,in omnibus imitari ſtuderet,quod vt re ipſa magis appareat,vidimus Gregorium primum acerrimũ fuiſſe Eccleſiæ defenſorem in inſectandis hæreticis, & prę-

Gregori literis inſeruit.

Pontifex vadit Cõſtantinopolim, & ſecum ducit Gregorium.

Gregor.diſputando mirabilis efficitur.

Moritur Conſtantinus.

Greg.creatus Pontifex.

Relatio Gregorij

ſcendi ad Gregoriũ primum.

Greg. conuertit Germanos.

Bonifaci᷒ Epiſc. vocatus Apoſtolus Germanorũ.

Germani baptizantur à Gregorio.

Roma aquarũ patitur inũdationẽ.

Luna conuertitur ĩ ſanguinẽ, Gregori᷒

præſertim Conſtantinopoli aduerſus Eutychium, ita Gregorius ſecundus in eadem Vrbe Hæreticorũ inſectator, ac profligator repertus eſt. Gregorius primus Britannos, eorumq; regẽ, & Orientales Saxones, eò piis, ac doctis Viris immiſsis, ad Chriſti Domini fidẽ perduxit: Ita Gregorius ſecundus Germanos ad Chriſtũ cõuertit, mittens illò Bonifacium Monachum, Epiſcopum Maguntinum à ſe creatum, qui adeò mirabiliter profecit, vt Germanorum Apoſtolus meruerit appellari. Sanctum Corbinianum prætereà, Frigiſenſis Eccleſiæ Epiſcopum ordinatum, ad prædicandũ Ieſu Chriſti Euangelium miſit in Galliam, & Germaniam, ex quibus locis vberes fructus eum retuliſſe legimus; Hinc Germanorũ plurimi cum videndi Gregorij, eius fama permoti, deſiderio tenerentur, Romam ſe contulere, à quo ſalutaris baptiſmi ſacramentum ſuſceperunt. Gregorius primus vt Dei iram pacatam redderet ſuper peſtilentia, qua Vrbs Roma maximoperè premebatur, ſupplicationes per Vrbẽ habendas curauit, ita Gregorius ſecundus, vt iram Dei ſedaret ſuper imbrium inundationem, per flumen Tyberim cõmotam, qui vſque adeo excreuit, vt, portam Flamineam irrumpens, Ciuitati vniuerſæ plurima nocumenta attulerit, quãdo Luna in ſanguinem conuerſa fuit, & cometes pleræq; apparuerunt, id idem præſtitit per Ciuitatem Romanam. Gregorius primus Mauritium Imper.

Eccle-

Eccleſiaſticam libertatem labefactantē, ſibi obtemperare coegit; Ita Gregor. ſecundus Leonem tertium hęreticum, Sācarum Imaginum, earumq; vſum tollentem, decreto, à ſe facto, monitum prius, ſed ipſum in ſua ſententia perſiſtentem, acerrimè repreſsit, immiſsis in vniuerſas mundi partes Viris, qui populū docerent, ne Leoni Imperatori, tam quàm hæretico, obedirent, ſed vtiq; Sanctas Imagines ſummo in honore haberent. Luitphrandum itē Longobardorū regem Arithperti eloquentię vi donationem confirmare adegit. Adeſt etiam tanti Viri conſtantia, quod Lōgobardos, Arcem, nomine Cumam, apud Beneuentum inſidiis præoccupantes, copiis, & armorum vi diſcedere, eamq; illęſam relinquere compulit. Greg. primus è paterna domo Monaſteriū Sancti Andreæ ædificandum mandauit; Ita Greg. ſecundus proprias Aedes in Monaſterium ſub S. Agathæ titulo cōuertit, plurimis attributis prædiis, vt Greg. magnus, & Monachis adhibitis, qui laudes Deo nocturnas, pariter & diurnas perſoluerent. Gregorius primus nullum finem fecit reficiēdi, reſtaurandiq; & ampliſsimis muneribus exornādi Vrbis Romę (vt in eius vita explicauimus) Eccleſias, ita Greg. iſte S. Andreę monaſterium, S. Crucis Baſilicam ſuis ſumptibus refecit, ſacello inſuper Sanctæ Oſannæ in monte Cęlio extructo, quod plurimis, ac maximis muneribus locupletauit. Gregorius magnus prætereà Vrbis mœnia,

ſupplicationibus Dei iram pacatum effecit.

Acerrim. propugnator eſt Gregorius cōtra Leonē Imp. qui Imag. ſanctarū vſū tollere nitebatur.

Greg. Arcē Cumā liberat à Lōgobardis.

Greg. è paterna domo Monaſteriū ædificauit.

Greg. extruxit, & reſtaurauit Eccleſias, & mœnia Vrbis

nia, magna ex parte vetuſtate collapſa, ſua ſapientia, ac virtute reparauit, id quod Gregorius ſecundus illud idẽ effecit. Sed quàm mirabilis eſſet Deus in eius vita, ex eo facilè colligitur, quod fabricatam coniurationem in Gregorium opera impiiſsimi Imperatoris Leonis tertij, ad nihilum redigendam eſſe monſtrauit; Hinc Romani, cum Sanctum Virum amore proſequerentur plurimo, in in eos, quibus mandatum erat, vt conſpirationem perficerent, animaduertere nullatenus dubitarunt. Tandem cum Sanctam Dei Eccleſiam annos ſexdecim, menſes nouẽ, ac dies vndecim ſanctiſsimè gubernaſſet, creatis Epiſcopis per diuerſa loca centum quadraginta, & octo, tertio Idus Februarij migrauit ad Dominum, quem pro nobis rogare minimè dedignetur, vt & ipſi interdum ad eum poſsimus peruenire. Eius corpus in Baſilica S. Petri honorificè tumulatũ iacet. Ex huius glorioſiſsimi Viri documẽtum accipitur ſuper ſapientię veritatẽ, de qua Salomon, Si enim ſapientiam inuocaueris, & inclinaueris cor tuum prudentię, ſi quæſieris eam, quaſi pecuniam, & ſicut theſauros effoderis eam, tunc intelliges timorem Dei, & ſcientiam Domini inuenies, & idem Prouerb. c. octauo, Melior eſt ſapientia cunctis pręcioſiſsimis, & omne deſiderabile non poteſt ei comparari. De eadem Dominus in Euãgelio, Filij huius ſęculi prudentiores filiis lucis in generatione ſua ſunt; Et idem,

Leo molitur ĩſidias in Gregorium.

Romani puniũt cõſpiratores aduerſus Gregoriũ.

Obitus S. Gregorij.

Documentum ex vitã S. Greg.

Prou. 2.

Ibid. c. 8.

Luc. 16.

Eſtote

Eſtote ergo prudētes, ſicut ſerpentes, & ſim- Mat. c. 10.
plices ſicut columbę. Paulus quoq; Apoſt. Rom. 12.
Nolite prudentes eſſe apud voſmetipſos, &
idem, Non plus ſapere quam oportet ſape- Ibidem.
re, ſed ſapere ad ſobrietatem. De ſapientia
etiā, ex Venerabili Beda ibidem, P. Auguſt.
S. Hieronymus, S. Gregorius, Cyprianus, & P. Auguſt.
Iſidorus pertractarunt: Pater enim Auguſt. Idem.
dicebat, Docti, vt ſtellæ, fulgebūt claritate:
Et idem, Nutrire animam tuam lectionibus
diuinis, pręparabis tibi menſam ſpiritualē.
Et S. Hieronymus. Multo melius vera ruſti- S. Hier.
cè, quàm disertè falſa proferre. Item B. Gre S. Gregor.
gorius, Sapientia eſt timere Deum, abnega- Idem.
re autem ſe ipſum à malis: Et idem, Prima
ſapientia eſt vitare malum, ſecunda ſapien-
tia eſt facere bonum. S. Cyprianus inſuper.
Quomodo enim ſapiens, vel patiens eſſe po S. Cyp.
teſt, qui nec ſapientiam, nec patientiam ha-
bent. Idem, Sapiens ille eſt, qui humilis, & Idem.
mitis eſt. Iſidorus demum ait, Omnis homo, Iſid.
qui ſecundum Deum ſapiens eſt, beatus eſt:
Et idem, Nihil ſapientia melius, nihil pru- Idem.
dētia dulcius, nihil ſcientia ſuauius. Iterum Idem.
inquit, Noxia non vitamus, niſi per ſapien-
tiam. Veram igitur ſapientiam tenere ſtu-
deamus, ſi ad cœlum, vt Gregorius Sanctus,
aſcendere peroptamus.

VITA,

VITA, ITA, ET MORES, AC beatus finis glorioſiſſimi, & ſanctiſſimi Gregorij Siculi Epiſcopi Agrigentini, ex Martyrologiis, & Simeone Metaphraſte.

Ioel c. 3. in fine. LEGIMVS apud Ioelem prophetam in hunc modum, quæ ſecũtur verba, Et per omnes riuos Iuda ibunt aquę, & fons de domo Domini egredietur, & irrigabit torrentem ſpinarum. Verba quidem maximi ponderis, maximeq; animaduerſionis, quibus, quàmuis propheta ſanctus de eo, quod poſt vniuerſale iudicium euenturum eſt, mentionem faciat, & vt Sancti Patres interpretantur, & vt videre eſt principio capituli eiuſdem, vbi dicitur, Quia ecce in diebus illis, & in tempore, cum conuertero captiuitatem Iuda, & Hieruſalem, congregabo omnes gentes, & deducam eas in vallem Ioſaphat; Quo in loco quaſi per riuos humanum acceperit corpus, quoniam quemadmodum riuus fluere perſpicitur, ita corpus morti, quàm primo parenti, omniq; eius propagini, etiã quoad animam, ante comminatus fuerat Deus, ſi de ligni ſcientiæ boni, & mali comediſſet, propinquare ſecernitur: Fons autem eſt gloria, Deiq; beatitudo, qua Beati fruuntur, & fruituri ſunt æterno tempore; Nihilominus in prȩſenti fons ſit B. Gregorius, qui è domo Domini, hoc eſt à Deo formatus, imò domus ipſa,

Figura. *Figurȩ manifeſtatio* *Gen. c. 2.* *Altera figuræ declaratio.*

ipſa, tabernaculum, ac Dei templũ effectus, Agrigentum, imò Italiam, vel potius mundum vniuerſum miraculorum magnitudine irrigauit, vel potius illuſtrauit. Hic Prætoriç, quæ eſt Siculorum Vicus, apud Agrigentum, Siciliæ Vrbẽ, quæ & Agragas, ſiuè Acragas dicta eſt ex qua Empedocles acutiſsimus Philoſophus, ac Phalaris Tyrannorum ſæuiſsimus originem duxiſſe dicuntur, honeſtis parentibus, voti cõpotes effectis, ortus, ac in Chriſti diſciplina educatus, adoleſcens liberalium artium diſciplinis inſeruiens, breui ad eam peruenit ſcientiæ, & doctrinę præſtantiam, vt vnumquemq; ſuæ ætatis facillimè ſuperaret. Verum cum & religionis, & diſciplinæ percipiendæ miro deſiderio flagraret, Clericorum cætui aſcriptus, Donato Eccleſię Agrigentinæ Archidiacono, Viro & moribus, & doctrina ſufficienter exculto, cuſtodiendus, ac erudiendus traditur. In moribus igitur, & ſacris literis cum mirificè profeciſſet Gregorius, loca ſacra Ieroſolymorũ videndi ſtudio exarſit, ob quod aſsiduè Deũ precibus exorabat, vt, ſi ei placuiſſet, tantum illi facultatis præſtaret, vt ſacra loca inuiſeret. Quo factum eſt, vt nocte quadam, orationibus de more Deo ſolutis, lecto cubans, graui ſomno correptus, vocaretur ab Angelo, quem præceptorem ſuum credens, mox electo ſurgens, occurrenſq; ei, prę́ſto ſum (inquit) quoniam vocaſti me. Qui reſpondit ei, vt Samueli

Gregorij natiuitas.

Bonæ indolis erat Gregori⁹.

Greg. fit Clericus.

Greg. traditur cuſtodiæ Archidiaconi Donato.

Cupit viderę Ieroſolymam.

Vocatur diuinitus in noctę Gregor.

Vadit ad Pręceptorem, ſe vocatũ exiſtimans.

puero Heli Sacerdos quemadmodum in primo Reg.legitur,non vocaui te,vade, & dormi; Tandem ſecundò,& tertiò vocatus monetur ab Angelo, vt ſi loca Ieroſolymorum ſacra videre percuperet, ad mare properaret. Quarè illò accurrentem Nauta quidam perbellè Carthaginem perducit. Carthagine igitur per aliquot diuerſatus dies, cum continuò in laudibus, & Dei precibus perſiſteret, ei tres apparuere Viri Monaſtichā vitam profitentes,quos dicentes, ſe Ieroſolymam profecturos, ſequens, mirabiliter lętatus eſt. Ieroſolymam igitur cum perueniſſent,à Macario Patriarcha,Viro optimo, humaniſsimè accepti ſunt. Sed cum literis ſacris Ieroſolymis inſeruiret, ac omniū animos in ſui admirationē adduxiſſet,vitę etiā probitate perſpecta, à Patriarcha Macario in Diaconorum numerū eſt relatus. Interea eius parentibus illum, tamquàm mortuum, multo tempore lugētibus, delatum eſt, eum Ieroſolymis religioſam, ſanctamque vitam perducere: Hinc tantiſper recreati, lacrymas cohibere decernunt. Verum cum maximè tunc vigeret Monothelitarum hęreſis, Conſtantinopoli coactæ plurimorū Epiſcoporū Synodo intereſſe voluit, hinc Ieroſolyma Antiochiam venit,deinde Conſtantinopolim, vbi ieiuniis, vigiliis, orationibus, & ſacris literis inſeruiens, illud mirabiliter effecit, quod Sergium, Pyrrhum, Paulum, ac Cyrum hęreticos condemnatos, ſapientia,

Greg. monitu Angeli vadit ad mare, & pergit Carthaginem.

Greg. pergit Ieroſolymam.

Greg. ſacris initiatur.

Parentes eius intelligunt illū Ieroſolymis manere.

Greg. pergit Cōſtātinopolī, vbi hæreticos ſuperat.

&

& doctrina, penè incredibili, confutat, âſtante etiam Conſtantino Patriarcha Conſtantinopolitano, Vrbe ipſa vniuerſa tota perfuſa lętitia. His ergo mirabiliter geſtis, Romam, loca ſancta viſurus, profectus eſt, quo tempore, mortuo Theodoſio Agrigenti Epiſcopo, qui Potamioni ſucceſſerat, quiq; Gregorium in Clericorum numerum ſcripſerat, populus de ſucceſſore deligendo diſsidens, Romā ad ſummum Pōtificem peruenit, erat etenim in tria capita diſtractus, nam eorum quidam Creſcētium, Alij Sabinum, Reliqui Archidiaconum, cui Chariton Gregorij pater fauebat, ſibi in Epiſcopum poſtulabant. Qua re cognita, Gregorius latitare diuerſis in locis non deſtitit; ſed cum res in deliberatione verſaretur, ſummus Pontifex ſuppliciter à Deo continuò petebat, vt pro populi pace, & fidei Chriſtianæ propagatione, quē ex illis eligeret ei præmonſtraret: Vbi Deus Pontificis vota irrita eſſe nolens, miraculo comprobauit, nam nocte ſequenti duo Viri religioſi, Apoſtolorū formā præferentes, apparuerunt ei, mādantes, vt Gregorium Charitonis filium, Prętoriæ apud Agrigentum natum, latitantē, ne in Epiſcopum eligatur, requireret. Conquiſitum igitur multis in locis, tandem Dei nutu, reuelante S. Marco Monacho, & repertum ad ſummum Pontificem perducunt. Hinc ſummus Pontifex rem gratā vniuerſo populo Agrigētino facturus, optionem dat, imò potius ſtatuit, illum ſe in

Romā vadit Gregorius.

Moritur Epiſcopus Agrigentinus.

Agrigētini Romā proficiſcūtur diſſentientes de Epiſcopo.

Pontifex rogat Deum, vt ei ſignificet, quem eligeret in Epiſcopū; Et ab Apoſtolis īponitur ei, vt quærat Gregoriū.

Greg. reperitur diuinitus.

Legenti Gregorio Euāgeliū columba apparet.

Greg efficitur Epiſcopus.

Gen.c.45.

Parentem Greg. amplectitur.

Greg. naui peruenit Panornum.

Pſal. 67.

Declaratio illius, Mirabilis De9 in ſā-ctis eius.

Greg. miracula plurima edidit.

eorum Epiſcopum eſſe cõſecraturum, ſuper quem inter agendum rem ſacram, indicium aliquod oſtẽdiſſet Diuina virtus. Quarè omnibus hortatu Põtificis orantibus, legenteq; Euangeliũ Gregorio, Columba, cœlitus demiſſa, capiti eius inſidet, quo miraculo populo vniuerſo, lętitia perfuſo, annuente, conſecratur Agrigẽtinus Epiſcopus Gregorius, qui cum patrem, illic aſtantẽ, collacrymantem ſe filium, nõdum ſibi manifeſtatum, vidiſſet, facere haud potuit, quin lacrymas per multas profunderet, id, quod contigiſſe cõſpicimus Ioſeph AEgypti Domino, dum ſe fratribus cognoſcendum præbuit. Patrem igitur tenerè complexatus, Matrem adhuc viuentem intelligens, omnibus inceſsit lętitiis. His peractis, & paternis, aliiſque cum ſummo Pontifice, & reliquis, perfunctis officiis, nauim conſcendentes omnes, Panormũ gloriosè applicuerunt. Verum, quoniam mirabilis eſt Deus, Regio propheta atteſtante, in ſanctis ſuis, vtpotè quia multa operatur in eis, & quoniam pleraq; & miracula, & beneficia populo ſuo præſtare conſueuit, miracula plurima edere ſibi cõplacuit per fidelẽ ſibi famulum Gregoriũ, quippèqui Panormi Monachum quendam, morbo inſanabili laborantem, auxilium à ſe obnixè poſtulãtem, ſolo crucis ſigno ſanitate donauit. Cęterùm inter ambulandum, & Agrigentum properandum, quot reperit in itinere, malo preſſos, priſtinę reddidit ſanitati, inter quos Mo

nachus

nachus mutus,ac ſurdus repertus eſt, quem precibus,ad Deũ pro eo factis, audire fecit, & loqui. Illud quoque mirandum eſt, quod Cathedralis Eccleſiæ locum mox ingredienti Gregorio Colũba iterum, è ſuperiori Cęlo delapſa ad terram vſq; aduolans, inſidet, omnibus,qui Agrigenti aderant,vidẽtibus, ſimul atq; admirantibus. Domum igitur reuerſus,admirabilia ſunt,quæ in paſtorali munere effecerit,idque in primis,quod vniuerſos agrigentinos malo aliquo detentos, ſanitate impertiuit,in quorũ numero erat Mulier,quæ nouem annorum ſpatio de loco dimoueri nequiuerat,hanc Vir ſanctus ſolo cõtactu ſanauit. Verum dum his, aliiſque piis charitatis officiis operam nauaret Gregorius,accedunt, miraculorum eius magnitudine inuidia acti, falſi criminis compoſitores, qui ad Epiſcopale munus aſpirabant, & Creſcentius,& Sabinus, hominum perditiſſimi. Iſti, eorum actibus aſsiſtente diabolo, vti Iudę,vt Sancti Gregorij vitam inficerẽt, & ab eo populum vniuerſum,qui illũ ingenti proſequebatur amore,diſtraherẽt, rumorem ſpargunt,Gregorium,ac alterum Simonem magum nõ in digito,& virtute Dei,ſed Diaboli miracula,quæ faciebat, efficere, ac propterea ipſum dęmoniacum appellabant, quemadmodum Iudæi Domino inſultantes, dicebant, in Belzebub dęmoniorum principe eum eiicere dæmonia, ac ideo Samaritanum exiſtere, & in ſe ipſo dęmoniũ habere.

Mutus, & ſurdus ſanatur.

Columba aduolat ad Gregorium.

Miraculũ mirabile.

Quidã maligni Gregorio ſancto moliũtur inſidias.

Luc. 11. Ioh. 8.

Vt autem calumniam, falsò latam, aſtruant impiiſsimi homines, inſidias iterum ei moliri curant. Hinc malæ famæ mulierem, Eudociã nomine, & pecunia, & muneribus corruptam ad ſuæ opinionis impietatem perducunt, quæ Gregorium Epiſcopum ſibi vim abſtuliſſe apud Exarchum, Iudicis vices gerentem, petulanter accuſaret, ac ideo tãtum flagitium, ſibi ab eo illatum, quod iure iurãdo affirmaret, acrius vindicaret, ſed veriti tot malorum actores, difficile eſſe poſſe, vt quo minus, die illuceſcente, in malitia, à ſe ipſis compoſita, eum deprehenderent, rem omnem obdurato animo, malitia multa circunuallato, perpendentes, illud opportunè cogitant, ſi noctu valeant introducere mulierẽ, in ipſius Gregorij cubile. Epiſcopum ergo, vt poſſunt, obſeruantes, eum ſingulis noctibus tribus non obſcurę famę adhibitis Diaconis, introgredi ſolitum eſſe ad perſoluẽdas Chriſti Domini Laudes, vt illis, & matutino expletis, domum reuerſus, lectumq; ingreſſus, animi rçlaxatas vires refocillaret. Re igitur cognita, Epiſcopo more ſolito in Eccleſia laudes, & matutinas horas Deo per ſoluente, nocte quadam, corruptis, etiam pecunia, cum muliere domus Epiſcopi Ianitoribus, mulierẽ ipſam introducunt Creſcentius, & Sabinus, eamq; in ipſo Epiſcopi Gregorij lecto impoſitam relinquunt. Quarè Gregorius domum à Dei laudibus rediens, lecto hærens, vt ibidem tantiſper conquieſceret,

Mulierem pecunia corrũpũt, quæ Gregoriũ prodat.

Callida malitia maleuolorum.

Greg noctu ibat ad Eccleſiam.

Maligni homines in lecto Epiſcopi mulierem ponunt.

ſceret, mulierem, ſomno deditam, linteiſq; corpore vniuerſo, & capite coopertam nullo modo animaduertens, S. Iohannis Chryſoſtomi opera legere cœpit. Repentè tanti ſceleris inuentores, Creſcentius, & Sabinus, furore nimio rapti, domum Epiſcopi inuadũt, quem vnà cum Muliere captum ad Exarchũ perducunt, ab eodem vel capitali ſententia damnandũ, vel ſaltẽ ab eo exilio mulctandũ efflagitãtes cũ muliere pro huius facinoris magnitudine. In carcerẽ iniici igitur Sãctũ Epiſcopũ cathenisq; cõſtringi, & tormentis multis exagitari efflagitãt. At quã mirabiliter operetur Deus in eis, qui ſibi ſincero corde, puroq; animi affectu ſeruiunt, cõſpicitur in Gregorio Epiſcopo, qui falsò in carcerẽ iniectus, cathenis conſtrictus, mox ſolutas cathenas, & reſeratas carceris ianuas cernit Gregorius, id, quod Petro Apoſtolorũ principi accidit, quãdo ab Herode, iniquo rege, ferreis cathenis ligatus, ab Angelo ereptus eſt. Quin potius eo tẽpore impudica illa mulier, diabolico ſpiritu vexata, ſpumans volutabatur in ſolo. Quibus auditis, Agrigẽtina Ciuitas Creſcẽtiũ, Sabinũ, ac mulierẽ facilè morte affeciſſet, niſi Gregorius ipſe populi multitudinẽ ſedaſſet. Debuit tũc Exarchus, tot, tãtiſq; ſanctitatis indiciis actus, Epiſcopũ liberũ gratis dimittere, ſed Delatoribus gratiã fortaſsè prꝟſtare geſtiens, vel eorundẽ calumniã formidãs, Romam Gregorium vnà cũ Creſcẽtio, Sabino, & Muliere, aliiſq; eorum

Inimici perducũt Greg. cum muliere ad Iudicẽ.

Ponitur in carcere Greg.

Soluũtur cathenę.

Act. Apoſt. cap. 12.

Miraculũ magnum.

Greg. cõſtrict' Ro

eorum prauitatis cõſortibus, mittendũ conſtituit. Interim Gregorius Imperatori, Patriarchę Conſtantino, aliiſq́, ſibi familiaribus Epiſcopis, qui Concilio Cõſtantinopoli celebrato, adfuerant, qui etiã eius vitę ſanctitatem nouerant, literas miſsitare ſtuduit, ne illum infamia tanta iniuſtè laborare permitterent. Gregorius interea incredibile eſt, in itinere, quanta mala perpeſſus ſit, & quàm multis ſit calamitatibus affectus, ſed omnibus Ieſu Chriſti, & Euãgelij cauſa ęqua nimiter perlatis, Romam venit. In carcere tandẽ Romæ pro refrigerio cõſtitutus Gregorius, longũ eſſet ratione pertexere, quãta prodigia ediderit, & miracula, in primiſq; illud, quod vincula, quibus vniuerſum Gregorij corpus fuerat conſtrictum, ea facilitate ſoluta ſunt, vt tanti Viri integritatem prę ſetulerint, & præſtantiã cum ſanctitate coniunctam. Hinc nocte ſequenti orans, luce clara vbiq; perfuſus, à duobus, qui ſibi Apoſtoli videbantur, mirum in modum confortatus eſt; Quę omnia cũ carceris cuſtos minimè ignoraret, filiũ ſpiritu diabolico preſſum ad Sanctum hominem perducit, qui pro eo facta oratione, mox ſanitati reſtitutũ, parenti inconſolabili dolore acto, reddidit. Puella dehinc non obſcuro loco nata, neruis cõtracta, ad Sancti Viri carceres delata, dimiſſa eſt ab infirmitate. Interea Imperator, Gregorij literis perlectis, mox Epiſcopos pleroſque & Marcianum, prę ſtanti prudentia

[margin notes:]
...am mittitur.
Greg. ſcribit ad Epiſco. qui cõcilio adfuerant.
Romę Gregori' mittitur ĩ carcerem.
Miraculũ.
In carcere cõſolatur Gregor.
Miraculũ.
Miraculũ.

tia Virum, qui ſanctum Epiſcopum è calumniis, ſibi falsò illatis, prçriperent, Romam mittendos curauit. Longo igitur peracto itinere, Romã quàm celerrimè peruenerũt, vbi Marcianus repentè in morbum incidẽs, à Medicis deſtitutus eſt, qui ad locum, vbi Vir Gregorius morabatur, delatus, ſolo manuũ cõtactu ſanitate donatur, id, quod eiuſdem Marcionis filiæ Conſtantinopoli antea prçſtiterat. Quo tempore à ſummo Pontifice centum, & quinquaginta Epiſcoporum indicta Synodo apud S. Hyppoliti Aedes, nõ procul à loco carceris introductus eſt eò Gregorius, accuſantibus eũ Creſcentio, Sabino, & pleriſque aliis tùm Laici, tùm Eccleſiaſtici ordinis falſis teſtibus, pecunia corruptis: Tunc Gregorius, oculis ad cœlũ eleuatis, Deum obnixè poſtulabat, vt Mulierẽ, à Dçmone agitatam, liberam permitteret, quç tantç rei diceret veritatem. Quarè mox oratione abſoluta, Mulierè dçmonis poteſtate exempta, in medium concilium proſiliens, falſam calumniam, ac totius rei euentum pernudans, ad Sãcti Viri pedes proſtrata, veniam de tanta iniuria impetrat, & abſolutionem, quæ eò ipſo & facti, & ſuperioris vitæ inſtituti pœnitẽs effecta, Romæ in Monaſterium B. Cçciliæ ſe ſe abdidit, vbi ſecundo ſupra vigeſimũ anno in ieiuniis, vigiliis, & orationibus conſumpto ad cœleſtia regna migrauit. Quò facto Creſcentij, Sabini, & reliquorum in malo ſibi ipſis adhçrentium,

Imperator mittit Romã Epiſcopos ad ſaluãdum Gregor.

Miraculũ magnum.

Multi Gregoriũ falsò accuſant.

Orat Gregorius in concilio.

Mulier ſanatur, & falſam calumniam perandãs, fit Monialis, & ſaluatur.

Animaduertitur in falſos teſtes.

cognita fraude, Creſcentius, & Sabinus exilio mulctantur, iſte in Hiſpaniam, ille verò in Thraciā pulſus ſecernitur; Reliquus Clerus, omnibus contumelioſus effectus, apud Rauennam exulare cogitur. Qui autem ordine erant ſeculari, Marcioni, Imperatoris Nuncio, contorquendi traduntur. Verùm Gregorius Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum in cruce pendentem pro ſuis crucifixoribus oraſſe, & præſtitiſſe illud idem Iacobū, Domini fratrem, ac Stephanum in nouo teſtamēto, quod in veteri effecit Dauit, multimodè à filio Abſalon cōquiſitus ad necem, animaduertens, pro omnium ſalute & ipſe rogans, tamquam nulli rei obnoxij, liberi dimittuntur omnes. At Deus omnipotens, qui ſuis ſuo tempore reſeruauit gloriæ coronā, tantum flagitium vlturus, nolens eos aliquo pacto id impunè laturos, valido ſuborto vento, caligine vndique circunſepto, criminis cooperatores, quoſdam egena vna, alios ex altera, pleroſque ambabus, ſed Creſcētium, & Sabinum etiam in labiis, ne verba depromerent, nigreſcere voluit: Verum, pro eis iterū orāte Gregorio, in eā, quam amiſerāt, reuertuntur qualitatē, & formam. Hinc oēs eo miraculo permoti, tanti Viri ſanctitatem venerari cœperunt, Deo agentes gratias de tanto Viro, per quem eis tot miracula coruſcarent. Aliud quoque miraculum edere coactus eſt rogatu Pontificis, nā ligna quędā, pro Baſilica Apoſtolorum præciſa, adeo

Greg. parcit omnib', & ignoſcit, hinc abſoluti dimittuntur.

Magnum à Deo miraculum.

Iterum rogat pro malefactoribus Gregorius, vnde liberantur.

Aliud miraculum.

terræ

terræ erant infixa, vt nulla vi poſſent de loco moueri. Quarè ad locum pergens, acceptis à Muliere prætereunte prunis quibuſdam, ac in ſuis veſtibus appoſitis, lignà extrahit, poſito ſuper eis igne, & thure, nec propterea comburuntur veſtes. Meritò de Sancto Gregorio poſſumus illud Ioh. c. 14. Qui credit in me, opera, quæ egò facio, & ipſe faciet, & maiora horum faciet. His, & aliis præclarè geſtis, omnibuſq; in ſui admirationem perductis, perbellè in ſuam reuertitur Ciuitatem. Sed proh dolor, Altare ibidem, & Sanctorum corpora in mare proiecta fuiſſe à Leucio, in eius locum ſuffecto, antea in Hiſpaniam relegato, intelligens, vehementi eſt dolore affectus. Rebus demum omnibus in pace compoſitis, præſtatis quibuſcunque vniuerſis charitatis officiis, vigiliis, laboribus, ieiuniis, in quorum præſtantiam nonnullos conſcripſerat libros, perfunctus, aliquando grauiter ægrotans, ſuiq; corporis diſſolutionem imminere perſentiens, omnibus probitatis, & vitę ſanctitatis exemplis relictis, eiſque ad charitatem, & fidei integritatem, quam Romana coleret Eccleſia, cohortatis, ſingulis eum, tamquàm parentē, lugentibus, migrauit ad Dominū, quem dignetur pro nobis rogare, vt in die Iudicij audire mereamur, Venite benedicti, quod nobis cōcedat, qui ſine fine viuit & regnat. Ex huius glorioſiſsimi Sācti Vita docemur mēdacia, tamquàm plurima mala parturientia,

Miraculū obſeruādum.
Ioh. c. 14.

Gregorius Aggrigentum reuertitur.

Libros cōfecit ſuper ieiunium.

Greg. migrat è vita.

Documentum ex vita S. Greg.

eui-

Matth.19. & Exo.20. euitare. Hinc Dei pręceptum eſt, Non falſum teſtimonium dices,& Paulus Ap.Ephe. Epheſ.4. cap.4. Deponentes omne mendaciũ,loquimini veritatem, vnuſquiſque cum proximo ſuo. Et ex Venerabili Beda ibidem S. Hiero S. Hier. nymus, atque Iſidorus: Mendaces (inquit S. Hieron.) faciunt, vt nec vera dicentibus Iſid. credantur. Et Iſid. ſummopere cauendũ eſt omne mendacium,omne quoque genus men Idem. dacij magnoperè fuge. Idem etiam omne, quod à veritate diſcordat,iniquitas eſt. Qui tandem mendacij iniquitatem videre deſi Pro.c.12. derat, legat Salomonem Prouerb. cap. 12. dicentem, Abhominatio eſt Domino labia mendacia, qui autem fideliter agunt, placent ei. Hęc de mendacio ſatis.

DE VITA, ET MORIBVS, ATQVE beato fine Beatiſſimi Gregorij tertij Pontif. Max. ex Martyrologiis, ex Petro Meſſia, Panuinio, & Platina.

MORIBVS, vita,ac beato fine S.Gregorij Epiſcopi Agrigentini hactenus explicatis, inſtituti mei repromiſsi tenendi cauſa,vitam modo, mores, & beatum finem Gregorij tertij ſummi Pont. aperire mihi Exod. c 3. occurrit, pro quo id mihi dicẽdum videtur, quod in libro Exod. habetur, Videns enim Deus populi ſui anguſtias,quibus ab Aegy- Figura. ptiis afficiebatur, pro eo à malis pręripiendo,

do, Moyſem è medio rubi patria voce accitum, populi eiuſdem illum Ducē conſtituit. Hinc hęreticorum malleus P. Auguſtinus ſuper locum huiuſmodi rationem, cauſamque quęritans, cur, vid. Moyſem potius, quàm quemlibet alium gentis ſuæ, ad id ſubeundū munus, pręelegerit, inquit, id eum pręſtitiſſe amoris gratia, & charitatis zelo, ſiquidem perſpiciens aliquādo Moyſes ſui generis Virum, à quodam Aegyptiacę rationis homine contumeliis fuiſſe affectum, illum tutari nequaquam eſt veritus, nulla capitis, & fortunę, neque præterea dignitatis, & beneuolentię domus Pharaonis vniuerſę, in qua tāquàm filius ab omnibus exiſtimabatur, habita ratione. Hinc poſſumus & nos fateri, Eccleſiæ Dei regendæ, & conſeruandę ſtudio, præ cęteris, præfectum fuiſſe à Deo Gregorium tertium ea potiſsimum de cauſa, quia eum acerrimum defenſorē nouerat eſſe futurū aduerſus chriſtianæ religionis depreſſores, vtputa, contra Leonem tertium Imperatorem hęreticum, rationē quęrentem omnem, qua innocentium corda, ac piorum animos à Chriſti religione, & Sanctarum Imaginum adoratione auerteret. Gregorius igitur natione Syrus, honeſtis, clariſq; parentibus, patre Iohanne, ortus, ac ab eiſdem in Chriſti diſciplina educatus, Gregorio ſecūdo ad cœleſtem vitam euecto, nemine diſſentiente, Eccleſię Romanę præficitur anno ab orbe redempto ſeptingenteſimo trigeſimo primo;

S. Auguſt.

Cur Moyſes Dux factus fuerit Iudęorum.

Cur Gregorius tertius Pontifex ſit effectus.

Leo Imperator hęreticus vetat Imaginum adorationē.

Greg. creatur Pontifex.

primo; Quo ſuſcepto paſtorali munere, eam ſibi regulam, viuendiq; inſtitutum deligendũ, ſeruandumq; propoſuit, vt prędeceſſorum ſuorum, & præſertim Gregorij primi, ac ſecundi, ſummorum Pontificum, qui de Eccleſia benemeriti fuiſſent, ſectaretur veſtigia; Et quidem ſi huius Viri vitam, & denique mores cum vita, & moribus Gregorij primi, ac ſecundi contulerimus, nemo eſt ſanę mentis, qui non videat eos omnes in geſtis omnibus conuenire; Erant quippè illi, nempè, Gregorius primus, ac ſecundus, omni virtutũ genere decorati, vt ſatis, ſuperq; explicauimus, cum de eorum vita mentionẽ fecerimus, ita Gregorius iſte nulla eſt diſciplina, & ſcientia, in qua non eſſet diligentiſſimè verſatus, callebat etenim græca, latinaq́; lingua, quippè qui etiam in ſacrarum, ac diuinarum ſcripturarum ſtudiis erat mirabiliter inſtructus. Erant illi ipſi tanta humanitate in pauperes, vt in eis alendis, & eiſdem hoſpitio recipiendis diligentiã adhiberent omnem; Ita iſte tanto erat ſtudio in charitatis officiis incenſus, vt penè incredibile ſit, id facilè verbis aperire, nam in eleemoſynis pauperibus erogãdo, captiuos redimendo, ære alieno oppreſſos liberando, viduarũ, ac pupillorũ egeſtatẽ tuẽdo ingenti fuit liberalitate, atq; diligẽtia à rerũ omnium cõditore donatus. Fuere illi acerrimi Chriſtianæ Religionis defenſores aduerſus eos, qui illam deprimere nitebãtur, id, quod

Relatio Greg. huius ad reliquos primos Pontifices nominis huius.

Greg. omni virtutũ genere decoratus.

Erat Gregorius deditus officiis pietatis.

&

& iſtũ præſtitiſſe legimus, nã Leonem tertiũ, hominũ flagitioſiſsimũ, cum ab eo Sanctorũ Imagines, à quolibet sũmo in honore habendas, igni traditas cognouiſſet, anathemate damnatum, priuat imperio. Qui item, vt Vrbem Romam, à Luitprando, Longobardorũ rege, obſeſſam, præriperet, non ad Imperatorem, (vt mos erat) Conſtantinopoli tunc diuerſantem, ſed ad Carolum, Francorum regem, auxilia poſtulat, qui, vt erat chriſtianiſsimus, literis mox, & nunciis ad Luitprandum miſsis, nulla militum copia, nulla armorum vi, pacem inter ipſum, ac Pontificem conſequitur, atq; eundem à cęde abſtinere à ſententia deterruit. Illi Eccleſias pleraſq; extruendas, alteraſq; reſtaurandas curauerunt, & iſte, pacem præter ſpem, conſecutus, eò ipſo ad idem præſtandum officium ſe contulit, nam in Baſilica S. Petri ſacellum extruxit, quod imaginibus, ac Sanctorum reliquiis, & poculis aureis exornauit. Tecta deinde S. Chryſogoni martyris Eccleſię, multis eidem attributis prædiis, ac Monachis, quibus viuendi regulã perſcripſit, in ea adhibitis, qui Canonicis horis, aliiſq; diuinis officiis perpetuò deſeruirẽt, ſuis ſumptibus refecit; Qui item illud mirabiliter effecit, vt in eadẽ S. Petri Baſilica, cuius Altare imaginibus, & columnis ante exornauerat, vt Monachi, ſimul atq; Presbyteri laudes Deo continuò perſoluerent. Vrbis præterea, ac Centumcellarum mœnia, vetuſtate ceù collapſa,

Leo priuatur dignitate.

Gregori⁹ liberat Romã à Longobardis per Regẽ Frãcorũ.

Reſtaurat Eccleſias, & ædificat Gregori⁹.

lapſa, ſummo ſtudio, curaq; reſtauranda mã dauit. Quemadmodum tandem Sancti illi duo Viri nullum fecere finẽ, deprauatos mores, perditorumq; hominum viuendi licentiam obiurgandi, pœniſq; eos afficiendi, ita iſte hoc idem toto pectore præſtare ſtuduit, qui tot, tantiſque meritis in Rempublicam Chriſtianam, & Vrbem Romam collatis, & ob eam cauſam verè Patriæ pater, veluti primus Gregorius Magni nomen adeptus eſt, vocatus, virtutibus, quæ ſanctos decent, cumulatus, obitum eius omnibus deplorantibus, efflauit animã, cuius corpus 4. Cal. Dec. in Eccleſiam S. Petri delatum, ibidem honorificè ſepultum eſt, cum Eccleſiam Dei annos decem, menſes ceũ nouem ſanctiſsimè gubernaſſet. Quis igitur noſtrum tanti Viri beatum finem, ac mores animaduertẽs, non quærat conatibus omnibus eum imitari, ac diuina præcepta, pro virili, adimplere, vt quemadmodum ipſe, ita & nos, obitus noſtri tempore aduẽtante, ad cœlum euocati, cum S. Gregorio Deo perfruamur? Hinc aliorum neceſsitatibus ſubuenire iubemur, ſi Dominum animaduerterimus, ait enim ipſe Mat. c. 7. Omnia ergo quæcunque vultis bona, vt faciant vobis homines, ita & vos facietis illis. Et Paul. Apoſt. Neceſsitatibus ſanctorũ communicantes, per charitatem ſeruite inuicem. ſ. quoque Gregorius, Baſilius, & Origenes, ex Ven. Beda ibidem de eiſdem verba fecerunt, vnde S. Gregorius ait, Qui. n. dolorem

Greg. vocatur pater patriæ.

S. Greg. vitam cum morte cõmutat.

Documẽtũ deſumptum è S. Gregor.

Matth. 7.

Rom. cap. 12

S. Gregor. Baſ. Orig.

S. Greg.

dolorem excipit in aliena neceſsitate, crucē portat in mēte. Et idem, Neque enim aliter Redemptoris noſtri membra efficimur, niſi inhęrendo Deo, & compatiendo proximo. Idem etiam, Duobus enim modis crux tollitur cum aut per abſtinentiā affligitur corpus, aut per compaſsionem proximi affligitur animus: Inde ſequitur, Hoc ergo nos debemus exhibere proximis, quod indignis nobis à Creatore noſtro conſpicimus exhiberi. Et B. Baſilius, Condole alienis calamitatibus, ſociare fletibus in alienis mœroribus. Idem inſuper, Ita clemens eſto in alienis delictis, ſicut in tuis, vt nec aliter te, nec aliter alios, & ſic alios iudica, vt iudicari cupis. Origenes quoque, ſi quis ea, quę videt in delicto proximi ſui, vel nō indicat, vel in teſtimonio vocatus, nō, quę vera ſunt, dixerit, pœna commiſsi reuoluitur ad conſcium. Salomon demum in Prouerbiis, Eadem poſside cum proximo in paupertate illius, vt & in bonis illius lęteris.

Idem. Idem. Idem. S. Baſil. Idem. Orig. Salomon. Prou. 14.

DE VITA, MORIBVS, ET BEATO FINE S. Gregorij Epiſcopi Lingonenſis, tùm ex Martyrologiis tùm ex S. Gregorio Turonenenſe, præſtanti prudentiæ Viro, ſelectis.

DE S. Gregorio Epiſcopo Lingonenſe geſta narraturo, id mihi in primis occurrit dicendum, quod apud ſacram Gene-

Figura apud Geneſeos c. 6. ſim me aliquando legiſſe memoria teneo, nã cum videret Deus, mala in terra vſque adeò excreuiſſe, ac vniuerſam hominis cogitationem omni tempore ad malũ eſſe propenſam, vt hominem, ad ſui ſimilitudinem creatum, condidiſſe pœnituerit, Noe dilectum ſuum accerſitum monet, vt in Arcam, à ſe factam, cum ſuis ingreſſus, genus humanũ in Gene. c. 7. paucis conſeruaturus, reliquo aquis diluuij deleto, tantũmodo ſumeret, quæ ſibi eſſent Figurę relatio. vſui. Ita gratiſsimus Deo fuiſſe videtur S. Gregorius Lingonus, quem vt cum ouibus, ſibi commiſsis ſeruaret, in Arcam, hoc eſt in Eccleſiam, ingredi iubet, paſtorali munere ſuſcepto. Verum, ne ab inſtituto, iam cępto, Patria S. Gregorij. diſcedere videar, primo loco vitam eius omnem pernudare conabor. Gregorius igitur in Lingonenſi Ciuitate, quæ Galliæ Celticæ regio eſt, nõ procul à Leucis, & Heduis, imò Sequanis proxima, quam ſiquidẽ Galli ipſi modo, nominis aliquo retento vocabulo, Langres ſuà lingua vocant, ſummo loco natus, ac in Chriſtiána religione nutritus, Adoleſcens ad liberalium artium ſtudia ſe conuertens, in eis mirificè profecit. Verum, parentibus orbatus, eius vitæ probitate, & doctrina cum ſapientia coniuncta perſpectis, Fit Comes, & Prętor Auguſtodunenſis. Auguſtodunẽſis Ciuitatis, & regionis illius vniuerſæ Prætor, Comeſq; efficitur; Quo in munere in iuſtitia adminiſtrãda adeo ſe pręclarè geſsit, pręſertim in perditos homines, quos nullo loco paſſus eſt cõſiſtere, animad-

uer-

uertendo,vt in omnium eſſet oculis:Et quidem bonis amabilem, improbis formidabilem,& vtriſq; deſiderabilem illũ ſe prębuiſſe colligimus. Quarè cum Vrbem illam, ac regionẽ eius vniuerſam ad quadragmta annos incredibili prudentia gubernaſſet, nobiliſsima eius Vxore Armentaria, vtpotè, quę è nobiliſsimo, quo Gregorius ipſe, erat Senatorio ordine,vita perfuncta,relicto ſibi tãtum filio Tretico,ita contẽplationi,piiſq; operibus addictus eſt, vt nihil ſupra poſſet deſiderari. Qua re cognita,mortuo Ciuitatis ſuę Epiſcopo, Ciues vniuerſi Lingonenſes, vnà conuenientes, eũ in Epiſcopum ſuũ delegerunt. In paſtorali munere tanta vitæ ſanctitate vixit, vt ſucceſſoribus ſuis viuẽdi regulam reliquerit, & exemplum. Nam in cibo,& potu tãtæ erat parſimonię,vt vix poſſit aliqua ratione explicari,animaduerterat enim quęnam,& quot è cibo,ac potu nõ moderatè ſumptis,mala dimanaſſent; Legerat ſiquidem de cõuiuio illo,proh dolor,primis parẽtibus noſtris prępārato à dęmone,quod vniuerſum humanum genus, per peccatum præuaricationis Deo factũ inimicum,bonis omnibus ſpoliauerit,& cœlo, ac idem inferno perpetuò extorquendum tradiderit. Nouerat apud Danielem,Balthaſar, Babylonis regem, inter cõuiuandum,licet tumulentũ, perterritũ, manu in pariete è cõſpectu eius ſcribente,vita priuatũ fuiſſe,& regno.Apud Iudith itidem Holofernem, Regis Aſſyriorum

Moritur Vxor eius nobiliſſima.

S. Gregorius conſecratur Epiſcopus.

Gen.c.3. Conuiuiũ dęmonis.

Dan.c.5. Conuiuiũ Baltaſar.

Iudith c. 13.

rum Ducem, nimia ebrietate captum è mundo fuiſſe ſublatum, & inferno perpetuò addictũ animaduerterat, capite eius enſe per Mulierem amputato. Intellexerat in conuiuio illo, quaſi regio, per Abſalon parato,
Lib. 2. Reg. c. 13. Amon fratrem eius, ob deturpatam Thamar ſororem illius, enſe fuiſſe necatum, ipſo pręcipiente. In conuiuio demum, præ omnibus celeberrimo, centũ, & octoginta diebus in Ciuitate Suſan à Rege Aſſuero, ira percito, reprobatam cernet elatã Vaſti, quando humilis Eſther deligitur in Reginam. Altera
Eſther cap. 1. Iob c. 1. ex parte, vt filiorum patientiſsimi Iob pręter eam conuiuium, vbi periere vniuerſi, diruta domo, vento validiſsimo flante, Domini conuiuia perſentiens, eadem amplexãda duxit tamquàm & animæ, & corporis paritura ſalutem, cum mũdana iam dicta minus
Luc. c 19. commodos cognouerit peperiſſe effectus. E conuiuio namq; Zachæi, Domino præparato, ipſius Zachæi, ac domus eius vniuerſę
Luc. c. 24. ſequi conſpicit iuſtificationem. In conuiuio Simonis phariſęi illius maximæ peccatricis Magdalenę peccata remitti comprehendit. In conuiuio apud Caſtrum, nomine Emaus,
Luc. c. 7. maximum cognouit miraculum, vbi duobus Diſcipulis præſtatur intellectus cognitio, &
Mat. 26. & Mar. c. 14. ſcripturæ ſacræ manifeſtatio. Adeſt & conuiuium illud Domini, omni ſuauitate repletum, in quo corpus ſuum in cibũ, & ſanguinem ſuum in poculum ſub ſpecie panis, & vini ſumendum, fidelibus dereliquit. Hęc omnia

nia animo perpendens Vir Sanctus Gregorius, animum potius diuinis eloquiis, quàm corpus ciborum diuerſa qualitate reficiẽdũ curauit; Hinc menſę aſsiſtens, panem hordeaceum, ſub cinere coctum, ſibi ſecreto paratum, quem nemo hominum videret, ac ſciret, niſi famulus, cui id faciendum mãdauerat, comedebat, adeo vt panem triticeum, quẽ pauperibus erogabat, edere videretur, id, quod etiam inter bibendũ præſtare conſueuerat, nã in poculum, aqua plenũ, adhuc aquam infundi iubebat, vt omnibus menſę aſtantibus vinum illum, bibere appareret, licet biberet aquam, ita.n. ſibi faciendum eſſe videbatur, quoniam ſoli Deo placere ſtudebat, inuenerat ſiquidem à Domino dictũ fuiſſe, Cum ieiunatis nolite fieri ſicut hypocritæ triſtes, & ab eodem, Attendite, ne iuſtitiam veſtram faciatis corã hominibus, vt videamini ab eis, alioquin mercedem nõ habebitis apud patrẽ veſtrũ, qui in cęlis eſt. Pietate tanta, & quidem admirabili, fuit in pauperes, vt, quicquid haberet, pro eorum neceſsitatibus ſubleuandis, contribueret. De ſanctitate autem eius, & miraculorũ magnitudine nihil eſt, vt dicamus, ſi etenim de huiuſmodi re eſſet mihi dicendum, ſtuperẽt facilè omnes, ſi audirent, vel aliquando illa lectitarent, rogatus namq; ſemel, atque iterum, vt quibuſdã, qui à ſpiritibus immũdis vexabantur, vel manus imponeret, vel Epiſcopalem benedictionem illis præberet, quo-

Nota.

Nota.

Matt c.6.
Idem.

S. Gregorij pietas.

Recuſat facere miracula.

 niam

niam futurum erat, vt, tanto malo preſsi, facilè liberi redderentur, quantum potuit, inanem gloriam fungiturus, recuſauit. Tandem cum ſępe ſępius eadem obnixè flagitarentur ab eo, ſigno ſolummodo crucis facto, vniuerſos, à dęmone cõcuſſos, ſanitate donatos, dimittit. Accedit præterea, quod, abſente ipſo Gregorio, Armentaria virgo, eius nepos, cum diù quartana febri perlaboraſſet, diuinitus inſpirata, in lectum, in quo Sãctus Epiſcopus cubare ſolitus erat, ingreſſa, mox priſtinæ redditur ſanitati, idque in vniuerſo vitæ ſuæ tempore. Sed illud, admiratione omni dignum, mente peruoluamus, quod, cum in ſingulas noctes, omnibus ſomno deditis, in locum, qui Baptiſterium dicebatur, vbi pleręque Sanctorum Reliquiæ honeſtiſsimè aſſeruabantur, oraturus ingrederetur, clauſa cum eſſet ianua, ſolo manuũ cõtactu, mox eam reſeratam intuebatur. Ianuam igitur ingreſſus, inter orandum, pſalmoſq; Domino Deo canendum, Diuinam vel Angelorũ, vel Sanctorum eorum, quorum reliquiæ ibi tunc aderant, quandam audiens pſalmodiã, adeo cœleſti dulcedine perfundebatur, vt cœleſtibus ſpiritibus aſtare videretur, & ob eã cauſam cum Apoſtolo Paulo cuperet diſſolui, & eſſe cum Chriſto. Facta demum oratione, egrediente ipſo è loco, ianua illius eò ipſo mirabiliter præcludebatur, quo facto, domum tanta quiete, tantaq; taciturnitate, ac ſilentio reuertebatur, vt nemini hominũ

Liberat omnes, à dęmone vexatos.

Aliud miraculum.

Miraculum.

Res planè admirabilis.

Alia eius sãctitatis indicia.

vllo vnquam tempore cõpertum eſſe potuiſſet, niſi à quodam Diacono, id ipſum quàm ſæpiſsimè obſeruãte, aliis narratum fuiſſet. Verum cum iuſtis de cauſis à loco,& caſtro, Dionẽ nuncupato,vbi diuerſari ſolebat,aliquando abeſſet,& propterea eò aduolare cõtenderet, vt in Epiphaniȩ celebritate Cathedrali Eccleſiæ occurreret, minus cõmodo hyemali itinere vſus, in febrem incidit. Quarè mortis ſuæ præſcius,laboribus,vigiliis, orationibus, ieiuniiſq; conſumptus, ac piis charitatis officiis omni virtutum laude perfunctis, riteq; omnibus Eccleſiæ perceptis ſacramentis,miraculis cumulatus efflauit animam, quam cœleſtes ſpiritus accepiſſe miraculo cõprobatum eſt, cũ eo ipſo die, qui fuit prid.non.Ianuarij, Vir quidam miræ ſanctitatis gratia donatus,eo in loco cœlum apertum vidiſſe perhibeat. Et quid mirum eſt,vt Angelicis manibus ereptus,in cȩlum aſcenderet,qui Angelicam,ſanctamque vitam duxerat in terris? Sed cur tantoperè commoueamur,& laboremus tanti Viri ſanctitatem, quam mirũ in modum redolebat, præmonſtrare, cum non modo viuus, ſed & mortuus miraculis corruſcarit plurimis? Nam cum Dionem,ſuæ Diȩceſis Vicum,vbi corpus ſuum ſepeliendum mandarat,deferretur,cumq; ad locum quendã, vbi nonnulli,morti addicti,vincti detinebantur in carcere, finitimarum Vrbium Epiſcopis ibidẽ aſtantibus perueniſſet, tanto pondere Viri

Abeſt à Caſtro.

Nota.

Vitã Angelicam viuebat Gregor.

Miracula. Sanſti corpus detineri cœpit, vt cũ progredi nullatenus valerẽt cadaueris portitores, deponere illud ſint reuera coacti. Quo factum eſt, vt vincti illi repetitis vicibus Sancti Gregorij precibus ſeipſos cõmendarent, obnixè poſtulãtes ab eo, vt eum, quem eorũ ſalutis auctorem, cum iam viueret in terris, habere nequiuerant, haberent tunc triumphantem in cœlis. Quarè horum preces nequaquàm irritas fuiſſe eſt paſſus efficiens Deus, ſui fideliſsimi ſerui Gregorij interceſſione, vnde mòx compedibus, ac carcere ſolutis, inde mirabiliter euaſerunt. Forcaſsè illud prętereibo ſilentio de Viro quodam, à Lictoribus conquiſito primum, & poſtremo capto, qui Viri huius miracula edita mente reuoluens, ſummis precibus Sãctum Virum rogare non deſtitit, vt è malo illo, ín quod caſu inciderat, eum prętriperet. Quarè voti compos effectus, vinculis perſolutis, ex eorum manibus dilapſus, in fugam, quam precibus ſibi parauerat, conuerſus, liberatur. Nec illud ſilentio minimè inuoluã dè puella quadám, quæ dum die Dominicó ſedula diligentia caput componeret, ſeq; nimium ornare ſtuderet (ò rem magnam, ò rem admirabilem omnibus perpendendã) pectinis radij, vel potius dentes, palmæ, manuſq; digitis eius adeo cohęſerunt, vt nullo modo inde extrahi potuerint. At Sancti Gregorij Epiſcopi memor effecta puella, eiuſdemque miraculorũ magnitudine permota, ad illius

Miraculũ. (margin, beside "phantem in cœlis")

Miraculũ. (margin, beside "reuoluens")

Quæ dies feſti ſint honore afficiendi.

Miraculũ admirandũ.

aduo-

aduolans ſepulchrum, mòx, facta oratione, ſanitati priſtinę reſtituitur. At mirabile eſt de Tretico S.Gregorij filio, qui in parentis locum ſucceſsit, eius ſepulchrum nimia anguſtia teneri vidēs, prę multitudine eorum, qui eò ſepeliendi inferebātur, aliò illius corpus transferendū excogitauit, id, quod omnes in maximam admirationem adduxit, nā corpus eius ita repertum eſt, ac ſi vita perfunctum non eſſet: Imò ipſius veſtes ita compoſitæ repertæ ſunt, ac ſi in capſa, vel honeſtiori loco oſſeruatæ fuiſſent. Ad memoriam igitur S.Gregorij magnalia reuocantes, eidem nos ipſos commendemus, quem, vt pleroſque ſuis precibus exemiſſe legimus è mūdi laqueis, ita nos ille mundo erutos, ſuis interceſsionibus inſerat cœlo, quod nobis concedat, qui cum patre, & ſpiritu ſancto viuit, & regnat Deus per infinita ſęculorum ſęcula. Amen. Miraculū.

Documentum non modicæ conſiderationis haurire poſſumus ex Sācti Gregorij Epiſcopi Lingonēſis acta laudabiliter vita, idq; ſit malorum euitare conſortium, & proborū amplexari veſtigia, ac eorundem quæritare conſuetudinē quàm ſæpiſsimè habere. Hinc egregius prædicator, ac gentiū Doctor, Paulus Apoſtolus ad Theſſalonicenſes ſcribens, aiebat, Denunciamus autem vobis fratres, in nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti, vt ſubtrahatis vos ab omni fratre, ambulante inordinatè. Salomon quoque Fili mi, ſi te lacta- Paul. Ap. Theſſ.c 3. Pro. c. 1.

uerint

Pro. c. 11. uerint peccatores,nō acquieſcas eis: Et iterum; Ne emuleris hominem iniuſtum, nec
Ibid.c.2. imiteris vias eius. Sanctus item Ambroſius, S.Gregorius, & Iſidorus de hoc habuere ſermonem,ex Venerabili Beda,vti ſupra. Hinc
S.Amb. S.Amb.Sanctorum vita cęteris viuendi norma eſt. Et B.Gregor. Sicut enim grauioris
S.Greg. culpæ eſt,inter bonos bonū non eſſe, ita immēſi prȩconij eſt bonum, etiam inter malos
Idem. bonum extitiſſe. Idem quoque, Qui Sancto Viro adhæret, ex eius aſsiduitate, & vſu locutionis exemplum boni operis accipit, vt
Iſid. accendatur in amorem charitatis. Iſidorus inſuper, Hi, qui ſupernam patriam deſiderant, non ſolū malorum mores,ſed & cōſortia fugiant. Qui rurſus ait, Si fueris ſocius
Idem. cōuerſationis bonorū, eris & virtutis eorū.

DE VITA, ET MORIBVS, ATQVE beato fine B. Gregorij ſeptimi Pontif. Max. ex Martyrologiis, Petro Meſſia, Panuinio, & Platina hauſtis.

OMNIVM ſapientiſsimus Salomon hominis in felicitate conſtituti formā prȩſcribere geſtiens,Felix, (inquit in Eccleſia-
Eccl. c. 14. ſtico) qui non habuit animi ſui triſtitiam, & non excidit à ſpe ſua. Cuius rei cauſam aliquam nactus,dicam neceſſe eſt, quàm valdè ij reprehendendi ſunt, qui aduerſis (etiam parui momenti) adeo flectuntur,vt ſæpe ſȩpius in deſperationē labantur,arundinibus,

quæ

quæ vero, etiam nullius roboris,actæ,modo in hāc,modo in illam peruoluuntur partem, debiliores effecti. Huiuſmodi nequaquàm extitit B.Gregorius,imò tāta animi magnitudine,& cōſtantia minus ſecunda ſuſtinuit, vt Eccleſiaſticā libertatem, à multorum iniuriis labefactatam,contumeliiſq; affectam, non dubitauerit, quàm qui maximè, vindicare; Quarè eam ob cauſam illum cum Salomone felicem cēſeamus oportet. Soanę igitur, quæ Etruriæ regionis eſt Ciuitas,patre Bonicio, ortus, Ildebrandus, ad fontem baptiſmatis delatus, appellatur. Adoleſcens probæ cum eſſet indolis,apud omnes ſuæ Ciuitatis Viros ſui maximam ſpem concitauit, id, quod poſtea re ipſa effecit, nā in liberalibus ſtudiis, in quibus aſsiduus erat, breui mirificè profecit. Verum,creſcentibus cum ætate,doctrina, & vitę ſanctitate, Religionis, ac ſacrarum literarū peritiæ percipiendæ cupidus,Monachus efficitur. Quarè abſtinentia,doctrina, & vita eius probitate cognitis à ſuæ Religionis ſuperioribus Romā euocatur,vbi id idem,quod ab ineūte ætate ſumpſerat vitæ inſtitutum, retinere non deſtitit. Hinc his ad Leonem nonum ſummum Pontificem,Virum optimum,delatis,ab eodem presbyter Card.creatur, qua in dignitate eius virtus,prudentia,& conſtantia māximè enituit, nā Archiepiſcopus Colonienſis,Otho nomine,Romā cum veniſſet,ac voluntate,& mandato Henrici quarti Imperatoris

Patria B. Gregorij.

Gregori⁹, Ildebrandus, nuncupatus, fit Monachus

Romā proficiſcitur.

Ildebrandus fit Cardinalis.

toris Alexādrum ſecundū Pontificem, quòd contra eiuſdem Henrici deſiderium munus paſtoralis officij ſubeundem ſumpſiſſet, reprehēdere auſus fuiſſet, mira eloquentia Ildebrandus eum à ſententia deterruit, quod cum Otho ad Henricum detuliſſet, iniquitatem ſuam recognoſcens Imperator, veniā à ſummo Pontifice petitā, mox conſequitur. Quarè tanti Viri nota omnibus cōſtantia, & vitæ integritate, Alexandro ſecundo è mundo erepto, Henrico quarto Imperatore, omnium bonorū conſenſu Pontifex creatur Decimo Cal. Maj, anno Dominicæ incarnationis milleſimo ſeptuageſimo tertio. Cuius Viri vitam, ac deniq; mores, qui breui comprehendere deſiderat, ſuæ electionis in ſummum Pōtificem formulam, ab Eccleſiaſticis eo tempore editam lectitare non deſinat, hunc enim in modum acta ſecernitur.

Ildebrandus creatur Pontifex, & Gregorius vocatur.

Formula electionis B Greg. in ſummum Pontificē.

Nos S.R.E. Cardinales, Clerici, Acolythi, Subdiaconi, Presbyteri. pręſentibus Epiſcopis, Abbatibus, multiſq; præterea tùm Eccleſiaſtici, tùm Laici ordinis aſtantibus, eligimus hodie Decimo Cal. Maij in Baſilica S. Petri ad Vincula, anno ſalutis milleſimo ſeptuag. tertio in verum Chriſti Vicarium, Ildebrandum Archidiaconum, Virum multæ doctrinæ, magnæ pietatis, prudentię, iuſtitiæ, conſtantiæ, religionis, modeſtum, ſobrium, continentem, domum ſuam gubernantem, pauperibus hoſpitalem, in gremio Sanctæ Matris Eccleſię liberè à teneris annis

nis vſque ad hanc ætatem educatum, doctũ, quem quidem cũ ea poteſtate Eccleſię Dei eſſe volumus, qua Petrus Dei mandato quõdam præfuit. Verum non modo ex formula præcedenti, verum etiam ex iis, quæ, paſtorali munere ſuſcepto, egit, facilè colligitur quàm dignus fuerit Vir, qui ab omnibus pręcipuo in honore haberetur, tanta ſiquidem integritate, prudentia, atq; conſtantia paſtorale onus ſibi adminiſtrandum propoſuit, vt ipſius ſtudiũ nulli labori defuerit. Hinc mox Pontifex effectus, Henricum Imperatorem, Eccleſiaſticas dignitates venditantẽ, ſemel, atque iterum monitum, in ſua tandem opinione perſiſtentẽ, ipſum à fidelium communione ſeiunxit, quo factum eſt, vt ipſius Henrici Vxor dolore acta, ceſſerit è vita. Imò multorum Epiſcoporum Romæ Lateranenſe coacto concilio, eos omnes, qui & muneribus, & pecunia ab Henrico dignitatibus inſigniti fuerant, anathemate damnatos, dignitatibus priuat. Interea Gilbertus Parmenſium potentiſsimus, ſed inter homines flagitioſiſsimus Rauennæ, iam Sabinorum Coloniæ in ora Adriaticis litoris ſitæ, teſte Plinio lib. 3. ab Alexandro ſecundo in concilio, Mantuę celebrato, opera Henrici quarti Imperatoris, Archiepiſcopus cõſecratus, iniurias contra rationẽ omnẽ eiuſdem Henrici vlturus, Cincium Stephani Vrbis Romę Præfecti filium, hominum & ipſum perditiſſimum, ad ſe accitum, rogat, eiq; ſuadet, vt

Anathematizat Henricũ.

Cõcilium Lateranẽſe cogit.

Plin. lib. 3.

Gregorium Pontificem, ſacra facientem in Eccleſia S. Mariæ Maioris nocte Natiuitatis Domini, captum, ac ad Turrim quãdã apud Parionis regionem perductum, ibidem incommodis plurimis affectum, deficere compelleret. Voti igitur compotes effecti perditorum morũ homines flagitioſiſsimi, omnibus incedunt lætitiis, fortiter, ac perbellè ſe facturos exiſtimantes. At cum tantum facinus, ita indignum, reſciuiſſet populus Romanus, amore, ac beneuolentia in Virũ Sanctum, mox Turrim eãdem inuadens, obrumpit, imò demolitur vnà cum domo vniuerſa doloſi Cincij, & Gregorium tot malis ereptum Romam adduxit, aufugientibus Cincio, & Gilberto, iſto Rauennas, illo autem ad Henricum Imperatorem, tot, tantorumque malorum pręcipuum fundamentum. Verùm Gilbertus nõ hiſce cõtentus inſidiis, vt erat inſolentiſsimus, eiuſdem Imperatoris Henrici frętus potentia, rurſus Sancto Viro inſidias maiores, quibus ipſum perderet, moliri deſiderans, in ſui facinoris conuentũ corruptos pleroſq; alios Eccleſiæ Prælatos, Theobaldum videlicet Mediolanenſem Archiepiſcopum, Vgonem S. Clemẽtis presbyterum Cardinalem, iam in Gregorium ſimultatem habentem, & nonnullos itidem Ciſalpinę regionis Præſules, conuocare non deſtitit. Quibus ad aures ſummi Pontificis delatis, coacta Lateranenſe Synodo, nõ ira, vel odio, ſeu vlciſcendæ cõſpirationis gratia, ſed Dei ze-

Greg. captus perducitur in Arcem Parionis.

Romani liberant Gregor.

lo,

lo,ac defendendæ pontificię dignitatis ſtudio,Gilbertum,atq; Vgonem à ſe tunc anathematizatos,dignitatibus, & gradibus carere perpetuò voluit, id,quod aliquãdo pręſtitit in Sigifredum Archipræſulem Maguntinum, & ſecunda vice in ipſum Henricum, quem etiam regia dignitate priuauit. Hinc Henricus,præclarè Saxonibus in fugam conuerſis,hortatu Sigifredi cõſpirationem rurſus in Gregorium pertentat, à qua Vir Sanctus à Domino, vt antea, perbelle, ac alter Dauid è manibus regis Saul,eximitur. Quare deſperata,impoſsibileq; eſſe poſſe exiſtimans Henricus,vt Gregorium è mundo tollat,in gratiam eius,ſed ficto animo,ſe rediturum promittit, modo Gregorius ipſe in Germaniã,vbi diuerſabatur Henricus, proficiſceretur. Cui minus incommodo itineri (erat enim hyems) vt ad verę pietatis fidem Henricum perduceret, ſe dare non deſtitit. Verum, cum, ad Vrbem Vercellẽſem aduolanti Gregorio,in Germaniam ituro,denunciatum fuiſſet,Henricum aciem aduerſus eũ dirigere, apud Canoſſum Reginæ ditionis properare contendit,vt tutus eſſe poſſet.Sed Deo cor hominis commutante in melius,facti pœnitens Henricus,ac propterea humilis effectus,nudis pedibus ſemel, atq; iterũ, & tertiò miſericordiam,obnixè à Gregorio Pontifice efflagitatã,impetrat, Abbate Cluniacenſe,& Adelao Comite, cum Vxore Mathilda Chriſtianiſsimis ſuadentibus. Rebus

Greg. vadit in Germaniam.

Henricus benedicitur à Gregorio.

ita compoſitis,& pace conuenta,vnuſquiſq; pręclarè in ſuā reuertitur regionem. Verùm cum non multò poſt nō minimi ponderis,vt potè de nobiliſsimo Germaniæ regno inter ipſummet Henricum,& Rodulphum, Saxoniæ Ducem,exortum eſſet diſsidium, Henricus mòx ad Gregorium ſummum Pontificem nuncios mittit,cū quo illud efficerent, vt Rodulphum,in Germaniæ regno competitorem ſuum,ab Eccleſię ingreſſu,& fideliū communione ſeiungeret; at obſiſtente Gregorio,& eorum precibus iuſtis de cauſis reſiſtente, Rodulphus in Germanorum regem deligitur, eorū iā Tyranno Hērico abiecto. Interim Eccleſiaſticæ dignitati conſulturus Gregorius, habito concilio, excommunicationis ſententiam in Gilbertum, ac Theobaldum pręd ictos,ante à ſe latam,cōfirmat. Quin potius alios præterea malorū effectores,ac Reges,Duces,omnes deniq; dignitatū ſymoniacè receptores anathemate damnat, altero Rauennas Archipræſule miſſo. Quibus auditis,Henricus,ingenti cōparato exercitu, ac Vrbem Romā, omnibus ſummo in honore habēdam, quàm valida manu obſeſſam,capit,hinc Gregorio,vero, ac legitimo Pōtifice,in arcto poſito,Gilbertum anathematizatū,& dignitatibus priuatū (ò immane ſcelus, ò indignum facinus) quod ab humanis,piiſq; mentibus abhorrere perpetuò conſueuit. Antipapam à ſe prælectum, corona pontificia augeri voluit. Rebus ita ſe

Synodum alteram indicit.

Henricus capit Romā creat Gilbertū Antipapā & Gregoriū in carcerem detrudit.

ha-

habẽtibus, & literis, & à latere Nunciis Gregorius ad Chriſtiani nominis fideliſsimum, & Sedis Apoſtolicæ defenſorem, Robertum Guiſcardum, Apuliæ Ducem, Virum potentiſsimum, immiſsis, Vrbem Romam, ac ſe ipſum obſidione prçripuit: Nam mòx copiis comparatis, Diuino actus zelo, Robertus Romam properare ſtudet: Quo audito, Henricus, atq; Antipapa Gibertus Senas repentè ſe contulerunt. Romam igitur introgreſſus Rodulphus, Gregoriũ obſidione preſsũ, liberatum, Salernum honorificè perduxit, quò magnis incommodis, & impenſis Beati Matthæi Apoſtoli corpus ex Aethiopia portandum Sanctus iſte Pontifex curauit. Vbi paulò poſt ærumnis, laboribuſq; pro Eccleſia Dei æquo animo toleratis, necnon omnibus charitatis officiis præſtatis, cum Eccleſiam ſanctiſsimè gubernaſſet annos duodecim, mẽſem vnum, ac tres dies, migrauit ad Dominum, ad quem quilibet noſtrum, tanti Viri huius vitam imitatus, & mores, perducatur, per Ieſum Chriſtum ſeruatorem, Dominum noſtrum, qui cum patre, & ſpiritu ſancto viuit, & regnat per ſæcula. Amen.

Dux Robertus liberat Romam.

Greg. Salerni obiit.

Hinc detractionem, peccatorum grauiſsimam, fugere monemur; vnde de ea B. Iacobus Apoſtolus ait, Nolite detrahere alterutrum, fratres mei; qui detrahit fratri, aut qui iudicat fratrem ſuum, detrahit legi, & iudicat legem. Sancti quoque Eccleſiæ patres, (vt loco ipſo ex Venerab. Beda habetur)

B. Iac. Ap. cap. 4.

Documẽtum.

betur) vt P.Auguſtinus,S.Gregorius,S.Hie ronymus,& Iſidorus,de eadem pleraq; prębuere documenta: Hanc P. Aug. Ne ergo

S. Aug. detrahas,nec audias detrahentē.Et S.Greg.

S.Greg. Cœlorum etenim regnum nullus murmurãs accipit;Nullus,qui accipit,murmurare pōt.

S. Hier. item S.Hieronymus ait, Noli detrahere,ſed verum dicere; Qui rurſus inquit, caue, nè linguam,aut aures habeas prurientes,ideſt, vt nec ipſe aliis detrahas, aut alios detra-

Iſid. hentes audias. Iſidorus itidem dicere ſolebat, Quod in alio detrahis, in te potius

Idem. pertimeſce; Qui adhuc,Quando alium mordes,tua peccata redargue,Nunquàm detra-

Pro. c.14. hes, ſi te bene proſpexeris. Sapientiſsimus prętereą Salomon,cum detractoribus ne cō miſcearis, quoniam repentè conſurget perditio illorum,& ruinam vtriuſque quis mo-

Sapiē.c.1. uit? Et idem Tumultus murmurationum nō abſcondetur.

DE VITA, MORIBVS, AC MARTYRIO S.Gregorij Spoletani Presbiteri,& martyris,ex vetuſtiſſimis Martyrologiis,& ex R.P.F.Laurentio Surio deductis.

VITAM, & Martyrium glorioſiſsimi S.Gregorij Spoletani in prępenti ſe mihi explicãdi prębetur facultas,cuius rei,omniſq; eius ętatis à puerilibus exordiis vſque ad profectiores annos,geſta,& quę paſſus eſt ani-

animaduertenti mihi occurrit, quod ſcriptũ reliquit omniũ ſapiẽtiſsimus Salomon hũc in modum. Iuſtorum animę in manu Dei sũt, ac ſi dixiſſet, Deus fideles ſuos, veluti quis flores modò dextra, modo manu ſiniſtra per tentat, nunc lętitia, nunc preſſuris afficere cõſueuit, ea potiſsimum de cauſa, vt pœnas, flagella, & perſecutiones à Tyrãnis inflictas, æquo animo tolerantes, demũ cum Domino Deo perpetuo gloriẽtur. Huiuſmodi B. Gregorium Spoletanum fuiſſe nulli dubium, nulliq; ambigẽdi relinquitur locus, ſi vitã eius vniuerſam, ſimul atque eiuſdem martyrium diligentiſsimè lectitauerit. Gregorius igitur Spoleti in Vmbria honeſtis parentibus ortus, à prima ætate Chriſtianę fidei, pręceptis imbutus, ac liberalium artium diſciplinis eruditus, Religionis Chriſtianæ zelo in Clericorum numerum eſt relatus. Quo in officio longum quippè eſſet dicerę, quanta humilitate, obedientia, & vitæ probitate vixerit. Quarè moribus eius, vita, & doctrina cognitis, ſacris initiatur, ac non multò poſt Presbyter effectus, charitatis officiis deditus, miracula, ceù innumerabilia, edere per eum dignatus eſt clementiſsimus Deus, nam quos inuiſebat ægrotos, vel febri, vel quocũque alio malo laborãtes, ſanitati priſtinę eò ipſo reſtituebat: Quin potius quicumq; eius precibus, & orationibus ſe commendabant, illius etiã nomine inuocato, ſanabantur: Cęci inſuper, leproſi, omnes, & à Dęmo

Sap. c. 3.

Deus permittit aliquãdo Sãctos vexari.

S. Greg. ſanat ægrotos.

Liberat dęmoniacos.

ne oppreſsi, qui ad eum deferebantur, ſanitate donati, dimittebantur. Verùm percrebeſcente immani illa Diocletiani, ac Maximiani Imperatorum perſecutione, pręcepto editum eſt in vniuerſas orbis terræ partes, vt qui eorũ Idolis, Aſclepio, & Mineruę ſacra facere negligeret, dignitatibus, gradibus, & militari circulo, ſi milites fuiſſent, priuati, duriſsimis afficerentur ſuppliciis, ac poſtremò morte. Quibus auditis, Gregorius Deo potius, quàm principibus, in quibus non eſt ſalus, ſibi obtemperãdũ eſſe decreuit. Hinc, Imperatorum impiiſsimo edito neglecto, Deorũ ſimulacra ab Imperatoris miniſtris, vt eis honos, qui vero Deo debetur, adhiberetur, erecta, adeo ludibrio habere cœpit, vt eadem, quocumq; in loco reperiſſet, ad terram proſternere, & comminuere non dubitauerit, gentiles, ſapientia, doctrina, & miraculorum magnitudine ab Idolorum cultu remouere non deſinens. Quibus aliquando ad Flaccum, Vrbis Spoletanæ præfectũ, qui etiam ab Imperatoribus illò ea de cauſa miſſus fuerat, vt Diis ſtatuas erigendas, eiſque cultum adhiberi curaret, à quodã, omni dolo repleto, nomine Tircano, delatis, Flaccus Gregoriũ mòx accerſit, eumq; de fidei profeſsione, & viuendi inſtituto interrogatum, cum repentè ſe, & Chriſtianũ eſſe, & ad æternam ſalutem chriſtianam fidem liberè prædicaret, Deos venerari imperat, minatur cruciatus, ac necem acerbiſsimam; Quod ſi, ad

Perſecutio.

Greg. Idola ad terram proſternit.

quod

quod illum ſtudioſiſsimè hortabatur,ſaluus eſſe velit, & ſi ad pręclara Imperatorum mũnera,& gratiã cum ipſis ineundam, aſpiret, eorũ Diis ſacra facere properaret. Quo iterum reſpondente,Deum conſtantiſsimè confitente,Ego Deum verum, qui Cœlum creauit, & terram, corde ſimul, & ore confiteor, & veneror,cui immolo quotidie,non taurorum carnem, aut hircorum ſanguinem, ſed immaculatum Agnum in altari, qui integer perſeuerat,ac viuus;Deos autem veſtros,qui non ſunt niſi dęmonũ ſimulacra inania, operaq; manuum hominum odi, & execror, eo furore concitatus eſt Prætor,vt eum nodoſis fuſtibus diutiſsimè cędi iuſſerit.Quibus nullo modo perterritus glorioſus Chriſti miles, in fidei confeſsione perſeuerans, conuerſo corpore, iuſſus eſt membratim conſcindi. Qua in tormentorũ acerbitate,oculis ad cœlum conuerſis, in hunc, qui ſequitur, modũ orationem pertexuit, Miſerere mihi ſeruo tuo,omnium indigniſsimo, Deus, A timore inimici eripe animam meã. Recedant à me, Domine,huiuſmodi Sathanę miniſtri,qui ſe amici ſimulãtes,cum ſint tui ſancti nominis inimici,mihi conſulere ſtudent,pro modica humana vita,vt ita paruo momento vita ſuperſtite,igni dehinc cõburerer ſempiterno. Adſis tu mihi,Domine,ad confortandũ me, mihiq; præbendum auxiliũ in horum vi tormentorum,quibus tua gratia ſuperatis, ſpiritus meus ad te,ſicut incenſum,directus,in

Rogat cũ Deo emori.

conſpectu tuo appareat omni tempore. His nihilo placatior effectus Flaccus, imò Sācti Gregorij cōſtantiā animaduertens, ira exarſit maiori, hinc ligatum manibus, pedibuſq; conſtrictum ſuper cratem ferream, quę de ſe vim haberet vrendi, eum ſterni iubet, ac diutiſsimè torqueri. Quo tempore tanto dolore actus, Domini non oblitus conſolationis, ad eum, verba in huiuſmodi formam pertexuit, Domine Ieſu Chriſte, Deus Abraham, Deus Iſaac, Deus Iacob, Deus patrū noſtrorum, qui famulorum tuorum preces irritas fuiſſe nunquam paſſus fuiſti, quiq; tribus illis Pueris in fornace ignis ardentis apparere dignatus es, adſis quęſo etiā mihi in medio præſentium flammarum. Cuius S. Viri preces exaudiens omnipotens Deus, hinc eo ipſo tempore ingenti terręmotu Vrbs tota contremuit, ac domibus quibuſdam dirutis, gentilium pleriq;, Idolorum cultores, oppreſsi, priuantur vita, ac Flacco, terrore concuſſo, aufugiente, mòx Gregorius mittitur in carcerem, vbi ab Angelo, carcere illuſtrato, viſitatus, ac propterea refocillatus, ad Dominum conuerſus, aiebat, Gratias tibi ago, Domine, qui miſiſti ad me Angelum tuum ad confortandum me, cōfiteor tibi in toto corde meo, & honorifico nomen tuū in æternum, quia feciſti mecum miſericordiā tuam, tu es enim Deus ſolus. Qua oratione facta, ſibi audire viſus eſt, Euge ſerue bone, & fidelis, quia in pauca fuiſti fidelis, ſupra

Oratio S. Gregorij ad Deum.

Oratione S. Gregor. terræmotus fit magnus.

Conſolatur ab Angelo.

multa

multa te cõſtituam. Sequenti die in inſania perſeuerans Flaccus, Sanctum Virum, è carcere eductũ, ad ſe perducendũ carnificibus mandat, ſed eũ interrogatum, & in fidei cõſtantia repertum, ardẽtibus lampadibus ad latera eius amotis, carduiſq; ferreis in genibus percuſſum mirum in modum vexari deliberat. Demum cum eum tormẽtis in ſuam ſententiam Flaccus perducere non poſſet, illum ſemimortuum capite plecti iubet; Vnde mox orationem exordiens inquit, Domine Deus meus, Rex meus, adiutor meus, & liberator meus, qui me de hoc ſęculo ad tẽ vocare dignatus es, audita cœleſti voce, Ecce coronatus es, & in numerum Sanctorum meorum aſcriptus, præparata eſt habitatio tua, capite eius mucrone grauiter percuſſo, animam Deo reddidit octauo Cal. Ianuarij miraculis clarus, cuius corpus inhumatum, feris, auibuſq; diſcerpendum proiectum, ab illis intactum relinquitur, cui potius, tamquam illud adorarent, aſtare viſæ fuere, quo die Flaccus ab Angelo percuſſus, inteſtina deuomens, vita priuatur: Quibus miraculis permoti paganorum multi, Chriſti fidem ſuſceperunt. Interea Abundantia pia Fęmina Chriſtiana corpus Sancti martyris quinque ſupra triginta aureis emptum, aromatibuſq; cõditum, iuxta pontem lapidibus effectum, & Riuum, quem ſanguinarum appellabant, propè muros Ciuitatis nono cal. Ian. ſepeliendum curauit. O felix patria, ò terra om-

Angelus loquitur S. Gregor.

Ferę non tangunt corpus S. Gregorij.

Flaccus ab Angelo occiditur.

nibus digna, quæ concelebretur laudibus, quæq; Viri huius ſanguinem, & corpus meruit excipere. Vtinam enſis ille, qui illius amputauit caput, eſſet mihi pro corona, tanto ſanguine purpurata. Benedicta ſint (vt te alloquar) Gregori, membra tua, & locus, vbi eadē requieſcere voluit Creator omniū Deus. Quidnā nocumenti tibi attulere, glorioſiſsime Chriſti athleta, inimici furore nimio in tuam laudabiliter actam vitam concitati? Corpus quidem tuum offendere, animam autē Angelicis manibus ereptā ē mundo, in Cœloſq; prouectam, nequiuerunt occidere. Quin potius, tot tantiſq; meritis cumulatus in Cœlum minimè aſcendiſſes, niſi, in te ſęuientes, lacerandum, & omniquaque cędendum mandaſſent pietatis, & religionis perſecutores. Verè quidē vulnera illa, quibus in hac mortali vita afficiebaris, ſi animaduertero, eadem mihi videre videor totidem eſſe pretioſiſsimas gēmas, ſiuè margaritas, in tuo ſanctiſsimo corpore fulgentiſsimo infixas. Meritò quidem nunc in cęlorum regno coronatus cōquieſcis, felici.n. tunc aduerſus Tyrannorum ſæuitias perdidiciſti ludere dextra. Hinc factum eſt, vt te Gregori, Gregorius pro Gregorio, & pro omnibus Chriſti fidelibus etiā, licet omniū indigniſsimus exiſtam, rogare obnixè non deſinam, vt ij, qui te puro cordis venerantur affectu in terris (ipſeq; in primis) interceſſorem habere mereātur in Cœlis, per Ieſum Chri-

Pia cōſideratio mortis S. Gregorij.

Aduerte.

Chriſtum Dominum noſtrum, qui cum patre, & ſpiritu ſancto viuit, & regnat per ſęcula. Amen.

Hinc ę ſanctiſsimi Gregorij vita, ac beato fine licet nobis exempla viuendi ſumere, ac mundi huius pericula, mala, perturbationes, & paſsiones æquanimiter tolerare: Propterea Apoſtolus Paulus ad Corinthios ſcribens dicebat, In omnibus tribulationem patimur, ſed non anguſtiamur; aporiamur, ſed nō deſtituimur, perſecutionem patimur, ſed non derelinquimur: deiicimur, ſed non perimus: ſemper mortificationem Ieſu Chriſti in corpore noſtro circunferentes, vt & vita Ieſu manifeſtetur in corporibus noſtris: Et in Apoſt. actibus legimus, Per multas tribulationes oportet nos introire in regnum Dei. De his Sancti Patres quoque, vt P. Auguſtinus, B. Gregorius, B. Hieronymus, B. Cyprianus, & Iſidorus multa dixerunt, ait ibidem Venerabilis Beda: Vnde P. Auguſt. inquit, Qui in hoc mundo flagellari non merebitur, in inferno torquebitur: Qui itē ait, Cum enim à Domino flagellamur, ſi patienter accipimus, & humiliter gratias agimus: ſi mali fuerimus, peccatorum indulgentiam accipiemus; ſi autem boni, æternā beatitudinem conſequemur. B. etiam Gregorius, Diuina diſpenſatione agitur, vbi prolixiora vitia ægrotatio prolixior exurat. Et B. Hieronymus, Magna miſericordia eſt, quando peccantibus iraſcitur Deus.

Documētum.

Paul. Ap. 2. Cor. 4. In medio.

Act. Ap. cap 14.

S. Auguſt. Idem.

S. Greg.

S. Hier.

Idem

Idem. Idem inſuper, Medicus, ſi ceſſauerit curare, deſperat. Alteram quoque plurimi ducendam

Sententia notanda. profert Sanctus iſte ſententiã, vidi. Qui ſemel recipit malũ in vita ſua, non eoſdem cruciatus patitur in morte, quos eſt paſſus in vita.

B. Cyp. Miram itidem B. Cyprianus habet ſententiam; ſciatis (inquit) hanc Dei eſſe cenſuram, vt qui beneficiis non agnoſcitur, vel plagis intelligatur:

Idem. Qui rurſus ait, Infirmitatem animæ infirmitate corporis vincimus. Denique ille ipſe infert,

Idem. Nec dignus eſt in morte accipere ſolatium, qui ſe non cogitauerit eſſe moriturum.

Iſid. Iſidorus demum, accuratiſsimè locutus, inquit, Reuertens enim Deus hominem cruciat, quem peccantem deſeruerat, flagellando iterum viſitat, Idem inſuper, Ordinata eſt miſeratio Dei, quæ prius hic hominem per flagella à peccato emendat, & poſtea ab æterno ſupplicio liberat. Denique ait,

Idem. Electus enim Dei doloribus vitę iſtius atteritur, vt perfectionem vitæ futuræ lucretur.

DE MORIBVS, AC VIRTVTIBVS, necnon & de electione Gregorij quarti in ſummum Pontificem, ex Petro Meßia, Panuinio, & Platina ſelectis.

Sap. c. 8. MERITO quidem ſapientia dicitur, quod Deus attingit à fine vſque ad finẽ fortiter, & diſponit omnia ſuauiter, nam nõ modo Deus vniuerſa, quę in Cœlis, & quę in

terris ſunt per filium ſuum, ſapientiam ſuã, ſibi per omnia coęqualẽ, creauit, verum etiã eiſdem media, quibus finem, ad quem condita fuere, cõſequerẽtur, dignatus eſt præparare, id, quod etiã ſapientis eſt munus. Hinc licet Deus humano generi, cuius carnem filium ſuum vnigenitum aſſumere voluit ſine ſacramentis gratiam, atq; gloriã donare valeret, vt apud Gloſ. 1. c. Inſtitutio de cõſ. d. 2. legitur, nihilominus hoſce Diuinos fontes, qui ſacramenta dicuntur, condere ſibi complacuit, vt anima, aliquando peccatorũ grauamine preſſa, per ea in ſui Creatoris mox rediret amorem. De quibus nimirum Diuinis fontibus interdum Diuinus Vates, Iſaias multis retro tẽporibus prędixerat, Haurietis aquas in gaudio de fontibus Saluatoris. Accedit inſuper, quemadmodum Doctores ſentiunt vniuerſi, quod volens omnipotens, ac piiſsimus Deus orientales partes ad ſui cognitionem perducere, ſtellam in Filij ſui natiuitate in carne illis in locis apparere voluit, qua tãquam medio, gens illa Magiæ arti, ac Aſtronomiæ ſcientię dedita, Dominum, verè ſuper omnes reges terræ Regẽ, facillimè inueniret; Ita Diuina bonitas animarum itẽ ſaluti optimè cõſultura, vt eadẽ ſuo tẽpore perfruamur, Eccleſię ſuæ Gregoriũ quartũ pręficiendum inſtituit. Gregorius ergo Romę nobili genere natus, optimis moribus à teneris annis educatus, literarũ ſtudia vehementiſsimè amplexatus eſt, qui-

Gloſ. c. Inſtit de cõſec. d. 2.

Cur Deus ſacramenta iſtituerit.

Iſa. c. 12.

Greg. pãtria Romanus.

quibus vſque adeo eruditus fuiſſe dicitur, vt tanti profectus eum pœnitere nullo modo poſſet. Quarè vitæ probitati addictus, adeò vt irreprehenſibilis ab omnibus haberetur, cum Chriſti amore ferueret, religioſus effectus eſt, ac non multò poſt Pręsbiter tit. S. Marci inſtituitur, cuius vitæ probitatem, & compoſitos mores attendentes vniuerſi, Valentino Pontif. Max. miræ ſanctitatis Viro, ex hominum conſpectu erepto, eum vniuerſæ Dei Eccleſię Pontificem creauerunt anno ſalutis humanæ octingeſimo vigeſimo octauo, Ludouici primi Romanorum Imperatoris tempore. Quo paſtorali munere ſuſcepto, pędeceſſorum ſuorũ, & præcipuè Gregorij primi, ſecundi, ac tertij, ſummorum Pontificum, exempla imitãda ſibi perpetuò propoſuit, & quidem non modo in paſtorali munere, verum etiam in omni vitæ eius inſtituto ſanctitas, pietas, doctrina, eloquentia, humilitas, ſummumq; ſtudium maximè cõmendantur. Humilitatem, niſi ſubticerem, vnuſquiſque dignoſceret in ſui pontificatus ſelectione, nam auctoritate põtificia vti nullatenus adduci potuit, niſi primo quoq; tempore per Ludouici Imperatoris nuncios (vt mos erat) cõſeruãdę Imperatorię dignitatis gratia, confirmationem accepiſſet. In omni præterea vitę ſuæ tempore pietatem pręſetulit in pauperes, ac debiles, eorum, quãtum potuit, miſerias ſubleuando. In Eccleſia Dei ſanctiſsimè adminiſtranda religio, deuotio

Greg. creatur Põtifex.

Gregorij virtutes.

tùm

tùm maximoperè refulxere; Nam Eccleſias pleraſq;, temporis iniuria labefactatas, reficiendas ſumma diligentia curauit. Apparent itidem & deuotio, eiuſq; religio in tumulandis Sanctorum corporibus, corpora etenim Sanctorum Gregorij magni primi Pontificis, Sebaſtiani, ac Tiburtij è locis, in quibus antea locata fuerant, in Baſilica S.Petri Apoſtoli ſolemni pompa trāsferēda mādauit. Verùm illud mirabile eſt, & animaduerſione dignū, nā omniū ſanctorū celebritatē, quam multis antea tēporibus Bonifacius quartus in honorē sēper Dei genitricis Virginis Mariæ, & Sanctorū Martyrū quotānis Romæ obſeruādā inſtituerat, cum in multis Eccleſiis diuerſimodè celebraretur, rogatu eiuſdem Ludouici Imperatoris, de Eccleſia optimè meriti, cal. Nouembris ſolemniter ab vniuerſa Eccleſia perpetuis futuris tēporibus obſeruari decreuit. Nullū præterea finem fecit, plurimumq; laborauit in componendis tùm Italiæ, tùm principum Chriſtianorum omnium diſsidiis, nam ſui Pontificatus initio Mauris ex Aphrica ad Siciliæ inſulam, tunc opulentiſsimam, eam depopulaturis, delatis, mòx nunciis, & literis ad Ludouicum Imperatorem, eiuſq; filium Lotharium, natu maiorem, in cuius poſtea locum, viuente Gregorio, ſucceſsit, miſsis, obnixè petit, vt Inſulæ illi mutanti, vel potius occidenti Maurorum impietate, copiis auxilia præberet, ſed cum Ludouicus ſe ex m-

Inſtitutio feſtū omnium Sanctorum.

prum

ptum eſſe prætenderet, vtpotè quia Inſula illa Michaelis Imperatoris Conſtantinopolitani ditioni ſubiaceret, Gregorius iterum per nuncios, ad eũ miſſos, illum in ſuam perduxit ſententiam. Quarè copiis eò ſe collaturum pollicetur Ludouicus. Interim Veneti, claſſe in mare immiſſa, illucuſque accurrentes, cũ validiori Maurorũ Claſsi reſiſtere nequaquàm valerẽt, Inſulã illã tot malis erepturus Vir fortiſsimus Bonifacius Inſulæ Corſicæ Comes cum Fratre Bertario, opera Gregorij valido ex Italia, ac Etruria compa rato exercitu, ingenti Claſſe Aphricã penetrare contendit, quam, vt erat præſidio minus munita, & copiis, tanta cęde affecit, fortaſſe, non minori, qua eam Scipio Romanus, qui ea de cauſa Aphricani nomen cõſecutus fuerat, affecerat, vt coacti ſint Mauri ipſi in patriam, & regionem ſuam illam, tot miſeriis affectam, erepturi, remeare. Quo onere leuata Inſula, reſpirare cœpit. His, & aliis perfunctis & laboribus, & officiis pro Dei Eccleſia, quam ſextum ſupra decimum annum integerrimè adminiſtrauerat, ceſsit è vita, cuius corpus ad Baſilicam S. Petri delatum, ibidem honorificè ſepultum eſt.

Inſula Siciliæ liberatur.

Greg. moritur.

Ex Viri huius integerrimi, quem habuimus, ſermone documentũ dignoſcere; & idẽ accipere poſſumus quàm magniducẽda ſint proborum conſilia, Deiq; in primis, de quibus S. Gregorius, S, Baſilius, & Iſidorus, vt ex eodem Venerabili Beda colligitur, meminerunt;

Documẽtũ vtile.

nerunt; Vnde B. Gregorius ait, Conſiliatorem animum inhabitat, qui dolens de præſentibus, ad æterna feſtinat. Item S. Baſil. In omni opere, quod cogitas facere, primum cogita Deum, & ſi ſecũdum Deum eſt, quod cogitas, diligenter examinare, & ſi eſt rectũ coram Deo, perfice illud; ſi verò peruerſum fuerit, nec etiam incipe. Iſidorus inſuper, Ante factum cogita, ante tempus meditare diù, quid vis facere, diù exquire, proba, & ſic facies, cũ diù cogitaueris, tunc fac, quod probaueris. Legimus præterea in Apoſtolorum Actibus; Si eſt ex hominibus cõſilium, aut opus, diſſoluetur; Si verò ex Deo eſt, non poteſt diſſolui. Salomon quoque in Prouerbiorum libro inquit, conſilium cuſtodiet te, & prudentia ſeruabit te.

S. Gregor. S. Baſil. Iſidor. Act. c. 5. Salom. in Pro. c. 2.

DE VITA, MORIBVS, AC BEATO FINE S. Gregorij Turonenſis Archiepiſcopi ex perſcriptione, quam Turonicenſis Ciuitatis Clerici prodiere in lucem.

INTER lectitandum, ac ſæpe ſępius ſacræ ſcripturæ volumina perſoluendũ, Salomonem in Prouerbiis dixiſſe recolo, Coronam ſenum eſſe filiorum filios, ac filiorum gloriam parentes ipſorum, quod ſi aliquando verum fuiſſe perſpexerimus, hoc ipſum de pręclariſsima Sancti Gregorij Archipręſulis Turonẽſis fateamur operęprętium eſt. Gregorius igitur Aruernię, quæ ciuitas eſt,

Salomon Pro. c. 17. ceù in prĩcipio.

&

& Galliæ regio, cuius populi iam multis hominum millibus aduerſus Cęſarem, Romanorum fortiſsimum, omniumq; fortunatiſſimum Latinorum, bellum inituri, profecti ſunt, auctore Strab. Patrem habuit iſte Florentium, & Matrem Armentariam, quorum vterq; è nobiliſsimo erat Senatorio ordine, cuius (inquam) pater è familia illa pręclara Sancti Vetij pagati, qui pro Christi nomine Lugduni martyr illuſtris occubuit, originem duxit, teſte Euſebio lib. 5. hiſt. cap. 5. Huic Sancto Viro patruus extitit, nomine Gallus, Aruerniæ Epiſcopus. Quarè parentes ipſius, & maiores honor eius extitere, & decus, & ipſum ſanctitate donatum maiorū ſuorum gloriam, & coronam certè fuiſſe conſpicitur, id, quod Fortunatus, Vates præclarus perpolitè in hunc, qui ſequitur, modum cecinit.

Strab. lib. quarto.

Parentes S. Greg.

Euſ. hiſt. lib. 5. c. 5.

S. Gregor. laudes.

Forte decus generis Turonicenſis apex,
Alpibus Aruernis veniens mons altior ipſis.
Tu quoq; prole potens rectè Armentaria felix,
Fœtu clara ſuo, geniti circundata fructu:
Eſt tibi, Gregori, palma, corona, nouus.

Quis igitur tanti Viri non admiretur familię dignitatem, ſimul atq; vitæ ipſius ſanctitatem? Et quidem ſi ſanctitatem eius quis ſpectet, haud illud difficile foret pernudare; Nam parentes eius nobilitatis excellentia multiplicati, è patria in Burgundiam regionem delati, ibi diuerſabantur, non procul à Lugdunenſe Vrbe, cui tunc præerat Epiſcopus

pus Nicetius, miræ ſanctitatis, & prudentiæ Vir, qui aliquãdo puerum Gregorium cum vidiſſet, accerſitum, quaſi diuinans, ſanctum futurum prædixit, Et quidem ſi animaduertérimus, eius ſanctitatẽ, puerilis adhuc ætas, quod mirabile eſt, præſetulit, nã patri, morbo non mediocri laboranti, ſemel, atq; iterũ præſtitit ſanitatem: Nam cum eius parens, lecto hærens, podagra vehementiſsimè laboraret noctu Gregorium, admodum puerum, quidam alloquens, quærebat ab eo, num aliquãdo libros Ieſus Naue legiſſet, cui reſpondẽti, ſe nullo modo eos legere potuiſſe, cum notas, quas elementa vocant, eo tempote ſolummodo percurreret, dictum eſt, vt nomen illud, Ieſus, acceptum ſub parentis capite locaret, quod ſi feciſſet, pater ipſius proculdubio ſanitatem cõſequeretur priſtinã. Verum dum poſt bienniũ Gregorij pater teneretur malo eodem, iterum præſtò Puero fuit quidam, cui ſciſcitanti, an Tobiæ ſenioris, Viri probi, codices lectitaſſet, mox dixit, neque id ei poſsibile item fuiſſe. Tunc is, qui apparuerat ei, ait, Erat cœcus Vir iſte, ſed iecore piſcis, Angelo Raphaele innuẽte, ſuper prunas à filio eius, item Tobias nomine, impoſito, ſanitati eſt redditus, idem quoque ſi tu ipſe præſtiteris, parenti tuo languenti eò ipſo ſanitatem attuleris. Iuſſa igitur exequente Gregorio, vt primò, ita & ſecundò tumor à patre abſceſsit, nulla interpoſita mora. Mirandum eſt inſuper Gregorij tenel-

Noctu vocatur Gregorius à diuino ſpiritu.

Miraculũ.

lam ætatem tot, tantaq; ſanctitatis indicia redolentem, nam cũ aliquãdo ipſemet puer in febrem, ac ſtomachi dolorem incidiſſet, diuinitus ei ſuaſum eſt, vt ſi eo onere leuari percuperet, ad Sancti Elidij, aliàs Illidij, ſepulchrum per ſuos delatus, orationibus ibidem vacaret. Ad ſepulchrum igitur cũ perueniſſet, in illa vehementi oratione, ſi è vitę periculo, in quod incideret, euaſiſſet Sancti illius interceſsione, vouit ſe ſuo tempore religioſorum cœtui dicaturum. Incolumis igitur effectus, adoleſcens in Clericorum numerum aſcribi voluit. Quarè cum ad ſtudia liberalium artium, dehinc ad Theologicam peritiam, & vitę ſanctitatem ſe contuliſſet, adeo profecit, vt in Diaconorum numerum ſit relatus. Illud quoque animaduertendum eſt, quod cum ſuę Ciuitatis aruerniæ quidã, cum vniuerſa eius familia malo contorqueretur ingenti, vocem quandam dicentem ſibi viſus eſt audire, ſe, ſuoſq; eam ob cauſam malo laborare, quoniam negligẽter partem
Miraculũ. ligni è lecto. S. Martini olim Turonenſis Epiſcopi, apud ſe retineret, ſed ad Gregorium tunc Aruerniæ, animi gratia, diuerſantem, ſe cõferret, tamquàm ad eum, qui dignus eſſet, vt ab omnibus honore afficeretur, & ita ſanitatem, ad quã aſpirabat, conſequeretur. Verum cum ſacrarum literarũ ſtudio ſe mãcipaſſet, eidem vt quam maximè deſeruiret,
Greg. abſtinentia. cibi ſubtractione adeo corporis vires amiſit, febre cõtinua eũ vehemẽtiſsimè agitãte, vt
à

à Medicis deſtitutus, morti velociſsimè pro pinquaretur. At quia clementiſsimus Deus eum ad animarum ſalutem prælegerat, ei S. Martini ſepulchrum inuiſendi deſideriũ im miſit, vt ſi item eò delatus eſſet, voti etiam ſuæ incolumitatis effectus fuiſſet. Tribus er go vicibus illuc deductus, valetudinis, & vitæ, quam ceù amiſerat, confirmationem accipit. verùm cum dilapſo tempore in Burgũdia regione diuerſaretur, videndi patriã deſiderio flagrans, Aruerniã ſe conferre deliberat, quo in itinere magnarũ nubiũ tempeſtate ſuborta, quę vniuerſos, qui cum ipſo erant, timore perculſos, in ſuæ ſalutis periculum adduxerat, Gregorio eximente Sanctorum reliquias pleraſq;, quas apud ſe con tinuò retinebat, & præmonſtrante eas, aer re pente clareſcit: Quod cum ſibi, non Reliquiis, diabolica ſuggeſtione, tribuiſſet, diuinitus factum eſt, vt, pedibus equi, quo inſidebat, colliſis, ad terram deiiceretur, corpore vniuerſo percuſsione nõ leui acto, adeo vt inde ſurgere minimè quiret, niſi ſui itineris ſocij illum ſuper equum ipſum impoſuiſſent. Huiuſcemodi tẽtationẽ permiſit Deus euenire illi, vt in ſe reuerſus, eſſet & ſibi, & aliis ſui caſus regula, & exemplum. Inde eius ſanctitatis indicia ſumimus, ſi ei in oratione pernoctanti Angelos ingenti illuſtratos ſplẽ dore, quos Viros orationi item inſeruientes exiſtimabat, adfuiſſe animaduerterimus. His igitur immorans, hiſq; incumbens ſan-

Miraculũ.

Angeli adorant ei, dum oraret.

lam ætatem tot, tantaq; ſanctitatis indicia redolentem, nam cũ aliquãdo ipſemet puer in febrem, ac ſtomachi dolorem incidiſſet, diuinitus ei ſuaſum eſt, vt ſi eo onere leuari percuperet, ad Sancti Elidij, aliàs Illidij, ſepulchrum per ſuos delatus, orationibus ibidem vacaret. Ad ſepulchrum igitur cũ perueniſſet, in illa vehementi oratione, ſi è vitę periculo, in quod incideret, euaſiſſet Sancti illius intercesſione, vouit ſe ſuo tempore religioſorum cœtui dicaturum. Incolumis igitur effectus, adoleſcens in Clericorum numerum aſcribi voluit. Quarè cum ad ſtudia liberalium artium, dehinc ad Theologicam peritiam, & vitę ſanctitatem ſe contuliſſet, adeo profecit, vt in Diaconorum numerum ſit relatus. Illud quoque animaduertendum eſt, quod cum ſuę Ciuitatis aruerniæ quidã, cum vniuerſa eius familia malo contorqueretur ingenti, vocem quandam dicentem ſibi viſus eſt audire, ſe, ſuoſq; eam ob cauſam malo laborare, quoniam negligẽter partem
Miraculũ. ligni è lecto. S. Martini olim Turonenſis Epiſcopi, apud ſe retineret, ſed ad Gregorium tunc Aruerniæ, animi gratia, diuerſantem, ſe cõferret, tamquàm ad eum, qui dignus eſſet, vt ab omnibus honore afficeretur, & ita ſanitatem, ad quã aſpirabat, conſequeretur. Verum cum ſacrarum literarũ ſtudio ſe mãcipaſſet, eidem vt quam maximè deſeruiret,
Greg. abſtinentia. cibi ſubtractione adeo corporis vires amiſit, febre cõtinua eũ vehemẽtiſsimè agitãte, vt

à

à Medicis deſtitutus, morti velociſsimè pro pinquaretur. At quia clementiſsimus Deus eum ad animarum ſalutem prçelegerat, ei S. Martini ſepulchrum inuiſendi deſideriũ immiſit, vt ſi item eò delatus eſſet, voti etiam ſuæ incolumitatis effectus fuiſſet. Tribus ergo vicibus illuc deductus, valetudinis, & vitæ, quam ceù amiſerat, confirmationem accipit. Verùm cum dilapſo tempore in Burgũdia regione diuerſaretur, videndi patriã deſiderio flagrans, Aruerniã ſe conferre deliberat, quo in itinere magnarũ nubiũ tempeſtate ſuborta, quç vniuerſos, qui cum ipſo erant, timore perculſos, in ſuæ ſalutis periculum adduxerat, Gregorio eximente Sanctorum reliquias pleraſq;, quas apud ſe continuò retinebat, & præmonſtrante eas, aer repente clareſcit: Quod cum ſibi, non Reliquiis, diabolica ſuggeſtione, tribuiſſet, diuinitus factum eſt, vt, pedibus equi, quo inſidebat, colliſis, ad terram deiiceretur, corpore vniuerſo percuſsione nõ leui acto, adeo vt inde ſurgere minimè quiret, niſi ſui itineris ſocij illum ſuper equum ipſum impoſuiſſent. Huiuſcemodi tẽtationẽ permiſit Deus euenire illi, vt in ſe reuerſus, eſſet & ſibi, & aliis ſui caſus regula, & exemplum. Inde eius ſanctitatis indicia ſumimus, ſi ei in oratione pernoctanti Angelos ingenti illuſtratos ſplẽdore, quos Viros orationi item inſeruientes exiſtimabat, adfuiſſe animaduerterimus. His igitur immorans, hiſq; incumbens ſan-

Miraculũ.

Angeli adorant ei, dum oraret.

ctitatis operibus, Sancto Euphranio Turonenſe Archiepiſcopo, qui futura diuinitus prędicebat, ad cœleſtē vitam euocato, vniuerſa Turonenſis Ciuitas, & qui præcipuè ordinis Eccleſiaſtici erant, Gregorium, ob vitæ eius probitatem, ac ſanctitatem, in ſuū Archipręſulem delegerunt: ſed recuſante illo,& eorum precibus reſiſtente,vnà conueniētes Turonenſes Ciues ad Sigebertū Galliç regem,eiuſque coniugem Brunechildem Reginā Legatos mittendos curauerunt,qui cum eis illud memoria dignum efficerēt, vt totius Turonenſis Ciuitatis vota irrita forè minimè paterentur. Quarè illū eorū vterq; adeo per literas ad paſtorale munus ſubeundum eſt cohortatus, vt literis acceptis, nec tergiuerſare cœperit,neque ratione vlla eis cōtradicere. Verum adhuc nihilominus dubitantes Turonenſes Ciues,in primiſq; Clerus,illum aliquando,nacta occaſione,ex eorum manibus dilapſurū, ne Archiepiſcopus fieret,accitum ipſum, & ad Aegidum Rhemenſem Archiepiſcopū perductum Archiepiſcopatus Turonēſis Ciuitatis dignitate eū augeri ab eo poſtulant. Suſcepto igitur paſtorali officio,tanta puritate, ſapientia, humilitate, prudentia, ac vitæ ſanctitate nitebatur,vt in omnium,quàm qui maximè,eſſet admirationem. Et quidem nihil illo fuit humilius, nihil humanius, nihil deniq; continentius. Nullum præterea erat charitatis officium, in quo non eſſet diligentiſsimè operoſus.

Greg. eligitur Epiſcopus Turonenſis.

Greg. creatur Epiſcopus.

Opera S. Gregorij in Epiſcopatu.

roſus. Præerat tunc Romanæ Eccleſię felicis memoriæ Gregorius ille magnus, qui vt tanti Viri vitæ probitatem, & miraculorum magnitudinem audiuiſſet, eum maximo in honore habere cœpit, ea etenim de cauſa Gregorius Pontifex max. Cathedram auro puriſsimo confectam ei dono dedit, quam ipſe poſtea futuris tẽporibus in Turonicenſi Ciuitate aſſeruandam reliquit. Quo etiam tempore Romam profectus Gregorius Turonenſis Archiepiſcopus loca ſacra viſurus, Gregorium ſummum Pontificem cõuenit, vnde cum in eandem vitæ probitatem coirent, ingenti ſunt amicitia adinuicẽ copulati: Nam quemadmodũ Gregorius ille mangnus pauperibus occurrere nunquàm deſtitit, id ipſũ Gregorius Turonẽſis præſtitit. In Eccleſiis ille & conſtruendis, & reſtaurandis diligentiſsimus extitit, & iſte ſimiliter, quantũ potuit, ſtuduit expedire, nam S. Martini Eccleſiam, temporum iniuria ceũ collapſam, ſuis refecit ſumptibus, demum pleraſq; alias reſtaurãdas curauit, & ædificandas (vt in ſuis Chronicis eſt videre) mandauit. Hinc eius laudes, & geſta, Turonenſes alloquens Fortunatus, quem etiam Metricanorum appellant, hunc in ordinẽ decantare cõſueuerat.

Relatio Gregorij Turonenſis ad Gregoriũ magnum in operibus.

Plaudite nunc populi Turoni vota tenentes
Præſulis aduentu, ſpes gregis ecce venit;
Quem patris Ægidij Domino manus alma
ſacrauit.
Hoc puer exertus celebret, hoc curua ſenectus,

G 3 *Hoc*

Hoc commune bonum prædicet omnis homo:
Martini auxiliis operando Gregorius ædem,
Reddidit iſte nouus, quo fuit ille vetus.
Fundamēta igitur reparans hæc priſca ſacerdos.
Extulit egregius, quàm nituere prius.

Sed vt ad rem redeamus iam inceptam, Gregorius magnus multos compoſuit libros, ſic Gregorius Turonēſis librum cōfecit de gloria martyrum.

Librū cōpoſuit S. Gregor.

Multorum ille perſcripſit ſanctorum vitam, vt iam, cum de eius moribus mentionem faceremus, demonſtrauimus, id etiam effecit iſte, nam Sancti Bartholomęi Apoſtoli, S.Caſsiani, Simphoriani, S.Paulini Epiſcopi Nolani, vitam perſcripſit, quam inſuper edidere & P. Auguſtinus lib. primo de Ciuitate Dei, cap.10. & Gregorius mag. Dialogorum 3. & aliorum præterea Sanctorum geſta, ſimul atq; mores expoſuit.

Scripſit vitā Sanctorum quorundam.

Erat ille genere quidem maximè clarus, & iſte eadem nobilitate prælatus.

Nobilitas S.Greg.

Ille nullum fecit finem diſſeminandi verbi Dei, & explicandorum ſacræ ſcripturæ locorum, idque ceù ſemper ægra, & infirma valetudine, ita iſte ob nimiam ſtudij ſacrarum literarum exercitationem & corporis dolore, & febribus ſępe ſępius præpeditus inuenitur, pro quibus abolendis ſępiſsimè medicinas ſumebat, & potiones, quę cum ſibi nil emolumenti afferrent B. Martini pręcibus in priſtinam reuertitur incolumitatem. Verum ne ab inſtituto iam cępto diſcedere videar, ad miracula plurima, quæ Sanctus iſte operatus eſt, redi-

re

re compellor, nam Reliquiis, & Sanctæ Crucis D.N. Ieſu Chriſti ligno, & S. Martini, appoſitis in cuiuſdam Ruſtici media domo, dũ cremeretur igne, repẽtè extinguitur ignis. Admiratione inſuper dignũ eſt valdè, quod cum quidam ſurdeſceret, cum Sancto Viro loquens, auditum mox, omnibus obſtupeſcentibus, reaſſumit, quod cum is, qui curatus fuerat, Gregorio ipſi enarraſſet, ei repẽtè reſpondit, vt Deo, & B. Martino, non ſibi tantum aſcriberetur miraculum, eiſq; propterea, non ſibi debitas perſolueret gratias. At mirum valdè eſt, quod cum multi vbique locorũ malo preſsi ad Vrbem Turonenſem, vt B. Martini interceſsione liberi dimitterentur, acceſsiſſent, inter agendum rem ſacram die Natiuitatis Domini, aſtantibus, & Clero, & populo, Diabolus vitæ ſanctitati Gregorij inuidens, in medio templo, omnibus audientibus, huiuſmodi emiſit vocem. Vos, qui malo affecti eſtis, hinc abeuntes, Romã properate, ſi ſalui eſſe percupitis, nõ .n. eſt hic, ſed ibi eam aſſequẽdi, locus. Qua voce audita, timore perterriti, & dolore acti ſunt vniuerſi, ſolus autem Gregorius Diaboli cognouit verſutias, quas populo maximè nutanti narrauit, quem vt magis, magiſque confirmaret, eo ipſo, facta ad B. Martinum oratione, eius meritis, & interceſsione quidam toto corpore languens liberatur, vocat ad miraculum, aduerſus Dęmonis malitiam, perpiſciendum. Verum, dum aliquando Ma-

Miracula.

S. Gregorij humilitas.

Diaboli ſęuitia.

Superat Diaboli aſtutias S. Greg.

trem,cui,quemadmodum & Patri,corũ omnia imperata faciens,fideliter ſemper inſeruierat, viſurus, in Burgundiam vſque proficiſceretur,in itinere à latronibus captus eſt, quos,cum eum ſpoliare ſtuderent, oratione ad B.Martinum perfecta, in fugã conuertit.
Miraculũ. Quarè annorum plenus,cum vnum ſupra vigeſimum annũ Eccleſiam Turonenſem ſanctiſsimè gubernaſſet, omnibus ad humilitatem, ad pietatem, ad charitatem, & fidem, quam à ſe,ab Apoſtolis antea traditã,& eiſdem à Domino noſtro Ieſu Chriſto inſinuatam, acceperant, ſeruandam cohortatis, ad Deum, quem à tenera ætate puro corde, ac mentis affectu coluerat,miraculis clarus migrauit in cœlum Decimo quinto Cal. Dec. Eius corpus, licet ob ſui maximam humilitatem,in loco viliori,vtputa vbi omnium pedibus conculcaretur, ſepeliendum demandaſſet, nihilominus Turonenſes Ciues tanti Viri vitæ probitatis, & meritorum non immemores, nouo extructo ſepulchro, ibidem honorificè tumulandum curauerunt ad leuã S.Martini,vt quem ſuæ,& aliorum valetudinis, apud nos viuens, mediatorem habuerat in cœlis,ibidem eundem in prȩmio, & fruitione haberet conſocium, quò nos B. Gregorij,& Martini precibus perducere dignetur,qui cum patre, & ſpiritu ſancto viuit, & regnat in ſæcula ſȩculorum. Amen.

Hinc docentur filij eorum parentibus omni tempore obedire, ſi ea, quæ legi Diuinæ

mini-

minimè repugnauerint, iuſſi fuerint ab eis. De hoc maximi ponderis præcepto extat illud, quod primo in ſecunda tabula dicitur, Ama parentes, & de eodẽ Dominus in Euãg. & in Exodo item habetur, Honora patrem tuum, & matrem tuam, vt bene ſit tibi, & ſis longæuus ſuper terrã, quam Dominus Deus tuus dabit tibi. Et ibidem, & in Leuitico legitur. Qui maledixerit patri, vel matri, morte moriatur. Et Paulus Apoſtolus, Patres nolite ad iracundiam prouocare filios veſtros, ſed educate illos in diſciplina, & correctione Domini, cum antea principio eiuſdẽ capituli dixiſſet, Filij obedite parentibus veſtris in Domino. Sanctus quoque Hieronymus, & B. Baſilius de hoc eodẽ præcepto, ex Venerab. Beda, multa luculẽter ſcripſiſſe inueniuntur, vnde S. Hieronymus ait, Honora patrem, ſed ſi te à vero patre non ſeparat; tandiù ſis tu ſanguinis copula, quandiù ille ſuum nouerit Creatorem. Demum S. Baſilius, Parentes noſtros, vt propria viſcera diligamus, ſi accedere nos ad ſeruitutem Chriſti non prohibuerint: ſi autẽ prohibuerint, nec ſepulchra illorum nobis debentur.

Documentum valde proficuum.

Matt. c. 5. cap. 20. cap 21. cap. 20. Epheſ. 6.

Idem.

S. Hier.

S. Baſil.

QVAEDAM ANIMADVERSIONE digna ſuper Gregorium quintum Pont. Max. ex Petro Meſſia, Panuinio, & Platina excerpta.

DVM Saul Rex Iſrael inuidia moueretur nimia in Dauid, fidelem ſibi, ob maiorem

Figura.

iorem ei, quàm ſibi decantatã laudem à mu
Lib. Reg. cap.18. lieribus,dicentibus,Percuſsit Saul mille, & Dauid decem millia,vt primo Regum libro legitur, ac propterea ira maiori percitus, eum ad necem conquiſitũ, nullo loco paſſus ſit conſiſtere; Dauid ſe in arcto poſitum cer nens adeo, vt non liceret ei in Regno Saul poſſe abſque imminenti periculo cõmorari, fugã arripere conſtituit. Quarè refocillatus tantiſper Dauid ſanctificato illo pane apud Achimelech Sacerdotem, à quo; cum arma minimè haberet,gladiũ Goliath Philiſthęi, quem in Valle Terebinthi occidit, accepit, ad Achis regem Geth ire contendit. Quò cum perueniſſet, mox à regiis famulis (vt
Lib.1.Reg. c.21. primo Reg. legitur libro) cognitus eſt Dauid,vnde rumore in vniuerſam Ciuitatem il lam percrebeſcente,ſerui Regi, aſtante Da-
Cognoſci tur Dauid. uid,dicebãt, Nunquid nõ iſte eſt Dauid rex terræ? Nonne huic cantabãt per Choros di cẽtes, Saul percuſsit mille, & Dauid decem millia? Quibus auditis, Dauid terrore nimio correptus,ſe inſanum eſſe ſimulat.Hinc ore contorto, ſaliua ad barbã vſque defluen te,& corpore vniuerſo cõſultò, ac ſi inſanus eſſet,incedens, ex eorum manibus dilapſus, mortem,quam timebat, euaſit. Huiuſmodi videtur fuiſſe Gregorius quintus, & ſi non in omnibus, in ea tamen parte, qua Dauid Saul Rege exulare cogitur; ita Creſcentio Conſule Romano, Gregorius verus Chriſti Vicarius mittitur in exilium, qui & Brunus

ante ſuſceptũ à ſe paſtorale munus vocatus, nobili genere ortus eſt, nempè è familia nobiliſsima Saxonia. Romæ tunc aderat, quando Otho quartus Romanorũ Imperator Romam venit. Et licet alij Othonem tertium dicant, non propterea digni ſunt, qui ab aliquo reprehendantur, nam de Catholicis ſolummodo mentionem faciunt, prætermiſſo Othone primo gẽtilitatis errore labefacto, qui poſt Sergium Galbam, & ante Vitellium Romanos Imperator appellatus eſt. Romam igitur Otho cum perueniſſet, honorificè exceptus eſt, cui non ſolum populus Romanus, ſed & Pontifex, & Cardinales omnes, cum reliquo Clero ſibi obuiam fuere. Verum cum eo ipſo tempore populi Capuę, totius olim Campaniæ, præſtantiſsimæ Vrbis, ac Beneuenti, quod antea Maleuentum, dũ à Diomede, Auctore Plin. lib. 3. c. 11. cõditum eſſet, vocabatur, Apoſtolicæ Sedi nõ obtemperarent, Otho rem gratam ſummo Pontifici Iohanni vigeſimoquinto, alias decimo ſexto, populoq; Romano vniuerſo facturus, exercitu, quem ſecum Romam vſque duxerat, vtriuſque prædictæ Vrbis populos quàm valida manu inuadens, Sedi Apoſtolicę obtẽperare coegit. Rebus igitur ita compoſitis, Romam reuerſus, mortuo Iohanne Pont. Max. iam expoſito, in gratiã Othonis, de Eccleſia benemeriti, Brunus, eiuſdem Othonis Imperatoris patruus, vnanimi conſenſu in ſummũ Pontificẽ deligitur, ac Gregorius

Familia Gregorij nobilitas.

Brunus Othonis

cõſanguineus Pontifex creatur.

gorius quintus appellatur. Paſtorali igitur munere ſuſcepto, Gregorius Othonem diademate coronat, id, quod & patri ipſius, atq; Auo prẹſtitũ fuerat multis retro annis. Quibus ita diſpoſitis, prẹclarè in ſuã reuertitur regionem Otho. Verum, abſcedente ab Vrbe Roma Othone, Romanorũ quidam Gregorium ſummum Pontif. creatum fuiſſe iniquo animo ferentes, eum, pluribus petitum inſidiis, exulare cogunt. Gregorius igitur Vir tantus, cum, quid ſibi agẽdum eſſet, ceù ignoraret, in Etruriã primò ſe conferre ſtatuit, dehinc in Germaniam ad Othonẽ Imperatorem, eius nepotem, ſe recipere deliberat. Interea Romæ Creſcentio, Romanorum ditiſsimo, Conſulo effecto, Iohannem quendam grẹcẹ rationis Placentiæ Epiſcopum, ẹius ſuaſu, Antipapã creat, Gregorio abiecto, (proh dolor) legitimè Chriſti Vicario creato. At Otho eò interim, quẹ Gregorio facta fuerãt, tamq̃ ſibi illata fuiſſent, intelligens, valido mòx cõparato exercitu, Romam aduolare non deſtitit; cuius aduentum mirum in modum pertimeſcentes Romani, ei obuiam prẹſtò fuere, eò ipſo Vrbis Romẹ portas eidem reſerantes. Romam igitur ingreſſus, cum Creſcentium, atq; Antipapam Iohannem in Adriani, aliàs Creſcentij, cum eam reſtaurandam curarit, Arcem aufugiſſe cõperit, obſeſſam arcem oppugnare cõtendit. Quarè videntes ſe Creſcentius, & Iohannes ibidem tutò minimè poſſe conſiſtere,

Arcẽ Creſcentij oppugnat Otho.

ſiſtere,

ſiſtere, Othonis viribus, eiuſque iræ cedere compelluntur, venia illis, ab eodem obnixè poſtulata, repromiſſa. Verum ex Arce mox egreſſus Creſcentius ab Othonis militibus necatur, & Iohannes oculis primò, dehinc vita priuatus exiſtit, qui felix ſuo Epiſcopatu contentus eſſe potuiſſet. Ecce quid ambitio, quid mundana gloria illis reportauit, quid demum effecit iis, qui dilexerunt illã. His peractis, Gregorius, poſt vnum ſupra decimum menſem ab exilio reuocatus, Romam venit, vbi honorificè ab omnibus exceptus eſt. Sed maximas temporum varietates animaduertens Gregorius, etiã ipſius Othonis rogatu, fert legẽ (licet alij velint id Gregorium decimum præſtitiſſe, vt Germanię regionis populis regem, quem Cæſarem, ac Romanorum Regem appellarent, deligere liceret, qui nihilominus neque Imperator, neque Auguſtus re vera diceretur, niſi eum Romanus ſummus Põtifex cõfirmaret; Qui, nempè mos ad noſtra vſque tempora perdurare conſueuit, ſeptem propterea ad id Electoribus aſsignatis. Qui etiam, ob ſummam eius pietatem, ac religionem Sanctorum Nemetij Diaconi, & Lucillæ Virginis eius filię Simphronij, ac Olimpij Tribuni Exuperiæ Vxoris, & Theoduli filij corpora in Diaconiam Sanctę Mariæ Nouę à ſe translata, honorificè ibidem tumulanda curauit. Qui demum animi doloribus vexatus, cum Eccleſiam Dei duobus annis & menſibus quinque

per

Moritur Gregori'. per quàm optimè gubernaſſet, migrat è vita anno ſalutis humanæ nongenteſimo nonageſimo octauo, cũ paſtorale munus nongenteſimo nonageſimo quinto ſubeundũ ſuſceperit, eius autem corpus eodem tempore in Baſilica S. Petri honorificè conditum eſt.

Quarè vanã gloriam, & ſuperbiam fugere iubemur, odibilis .n. Eccleſiaſticus inquit, (Eccl. c. 10.) eſt coram Deo, & hominibus ſuperbia, & ini- (ibidem.) tium ſuperbiæ hominis apoſtatare à Deo. (Luc. c. 16.) Quin potius Dñs in Euãgelio ait, Quod hominibus altũ eſt, abominatio eſt apud Deũ. In hãc prçterea P. Auguſtinus, S. Gregorius, S. Hieronymus, S. Ambroſius, & Iſidorus, ſcripſere cõſiderationem, vt ex eodem Beda (S. Aug.) ſemper Venerabili accipimus. P. enim Aug. ait, Vitanda eſt nobis ſuperbia, quæ & Angelos voluit decipere, quanto magis homi- (S. Greg.) nes diſsipare? Et S. Greg. Nequaquam valet culmen humilitatis diſcere, qui in minimis (S. Hier.) non deſinit ſuperbire: Et Hyeron. S. Nihil maius Chriſtianus ſtudeat vitare, quàm tumentem, & erectam ceruicem, Dei contra ſe odium prouocãtem. Accedit quod infert (S. Amb.) B. Ambroſius, ait namq; ſuperbia ex Angelis dęmonia fecit, Humilitas autem homi- (Idem.) nes Sanctos Angelis ſimiles reddidit, Qui etiam, ſuperba voluntas facit Dei prçcepta contemnere, humilitas cuſtodire. Demum (Iſid.) Iſidor. Qui enim per propriam ſuperbiam attollitur, per Dei iuſtitiam inclinatur.

VITAE

VITAE INSTITVTVM, MORES, ET beatus finis S. Gregorij Epiſcopi Nazianzeni à Reuerendo Gregorio Presbitero primo conſcripta, debinc in linguam latinam à Reuerendo Iacobo Billio S. Michaelis in Eremo Abbate conuerſa, ac ex vtriſque poſtremo in banc formulam redacta.

ANIMI mei deuotio, qua in Gregorium Sanctum affectus ſum, ad eius concelebrandas laudes me cogit. Pręterquamquod, ſi ij, qui vel ſcripto, vel verbo, aut vitę exemplo laborant in doctrina Chriſti, ſunt digni, qui ab omnibus honorentur, cur à S. Gregorij, qui eas ob cauſas, in orbe refulſit, laudibus deſiſtam? Vitam igitur tanti Viri ſcripturo, mihi in mentem venit miſerandum illud Sanſonis prodigium, quod in libro Iudicum legitur. Sanſon ergo è patria decedēs, Thamnata profecturus, vt Mulierem, quam ſibi in ſpōſā delegerat, inuiſeret, antequàm ad locum, quò ibat, perueniret, ſæuus occurrit ei quidam Leonis catulus, rugitum emittens, quem, quaſi hędum (inquit eo loci ſacra ſcriptura, acceptum, manibus ſolummodo dilaceratum, vltimo ſupplicio affecit. Verum, cum apud ſponſam vnà cum parentibus per aliquot dies commoratus fuiſſet, ad patriam cum eiſdem redire conſtituit. Thamnatha igitur decedens in itinere prodigij, iam à ſe acti, memor effectus, ad locū pergit

Cap. 14. Figura.

Mira Samſonis fortitudo.

pergit leunculi, à ſe interẽpti, cadauer conſpecturus, in cuius ore apum examen, ibiq; fauum mellis iam ad perfectionem, vt ex eo comederet, deducti, reperit. Quarè mellis fauum, ex ore leunculi erutum, parentibus edendum dedit, de quo & ipſe commeſturus accepit. Mirabile quidem miſterium pro inſtituto, iã cœpto, illud eſſe videtur. Samſon eſt Gregorius, Leo verò eſt diabolus, quo fortiter ſuperato, verbo, doctrina, & exemplo, tamquàm melle ſuauiſsimo, vniuerſos Chriſti fideles nutriendos curauit. Verum vt exordia ab eius natiuitate ſumamus, dicamus oportet, cum ipſius parentes prolem, quam poſt ſe relinquerent, nõ haberẽt, ſummis precibus, vt Elcana, & Vxor eius Anna, vti primo Reg. lib. c. 1. legitur à Deo poſtulant, vt, ſi eis filium præſtaſſet, nullo modo deeſſent, quin eum diuino obſequio dicarẽt. Voti igitur compotes effecti, geminos genuere filios, & filiam vnam. Gregorius igitur, minor natu, Nazianzi in Cappadocia nobilitatis genere clarus, patre & ipſo Gregorio, & Matre Nonna natus eſt, quem mundi illecebra fugere, ac compoſitos mores inſectari docuit Mater ſua. Verum, cum adoleſcens nondũ Chriſtianæ religionis baptiſmo tinctus, diſciplinæ percipiendę vehemẽti deſiderio teneretur, parentibus annuentibus, Cęſaream ire contendit. Ibidem igitur honeſto tempore diuerſatus, non paruũ in literis progreſſum effecit. Sed cum Oratoriæ

Vouunt Deo parẽtes S. Gregorij. Prim. lib. Reg. c. 1.

toriæ diſcendę artis, & modi ornatè dicendi amore feruêret, in Paleſtinam ſe contulit, inde Alexandriam, poſtremo Athenas pergit, vt ibidem Viros ſcientia pollentes videret, imitariq; eos conatis omnibus laboraret. Nauim igitur mare pacato cõſcendens, non multò poſt obtumeſcẽte ipſo vſq; adeo, vt omnes in ſummo periculo poſiti viderentur, vouit, ſe in eum crediturum, qui ſe, ſuiq; itineris ſocios ex illo grauiſsimo periculo exemiſſet. Emiſſo voto, mòx mare perbellè in ſuum reuertitur locum. Athenas igitur incolumis Diuino fauore delatus, ibidem omni virtutum genere cum Baſilio magno, qui non multò antè Bizantio decedẽs, Athenas venerat, in cęnobio eruditus eſt, ac poſt tertium decimũ annum cõſumptum vterq; ab altero diſtractus in ſuã reuertitur patriã. Gregorius igitur virtutib⁹ omnibus, & chriſtianę fidei moribus excultus, Nazianzum reuerſus honorificè ab omnibus exceptus, ſacro baptiſmatis fonte perungitur. Verum cum Matrem è mundo ereptam, & patrẽ Naziãzi Epiſcopum prędlectum eſſe cognouit, mirificè lętatus eſt. Huius Viri præclara facinora ſi quis perdiſcere cupiat, animaduertat vnà mecum Gregorij illius primi Pontificis vitam; qui ob res eius præclarè geſtas nomẽ magni adeptus eſt, & iſte ob eximiam eius doctrinam, & ſingularem in ſacris literis peritiam; poſt Iohannem Euangeliſtam inter omnes, qui Theologicam diſciplinam

Athenis vnà cum Baſilio literis inſeruit.

profeſsi ſunt, Theologi cognomen aſſecutus eſt. Hinc mirum minimè eſt, ſi Eccleſię Sanctæ Dei, maximum oraculum, Hieronymus Sanctus, Conſtantinopoli apud Gregorium Nazianzenum diuerſatus, Theologiæ peritiam ex eo ſe didiciſſe perhibeat. Quantum potuit Gregorius magnus renuit, ne in Pontificē deligeretur, eam.n.ob cauſam in ſpelunca delituit, & iſte, patre ex hominibus erepto, oblatum ſibi Nazianzi Epiſcopatum recuſauit, ac ne inuitus cogeretur illum accipere, in Seleuciam proficiſcitur, id, quod etiam præſtitit viuente patre, qui eidem volebat Epiſcopatum conferre ſenectutis gratia, hincq; ipſe, ne tanti muneris obiret officium, Pontum ſe cōtulit, inſalutato hoſpite, vbi apud Baſilium, in ſtudiis, & morū diſciplina eius collegam, aliquandiù diuerſatus eſt. Interea mortuo Cęſareo, fratre eius natu maiori quæſturę munere laudabiliter perfuncto, & Baſilio Cęſareenſis Eccleſię Archiepiſcopo delecto, mortuo Euſebio prædeceſſore eius, ſuadente Baſilio inuitus primo Saſimorum, dehinc Nazianzi Epiſcopus creatur. In profligandis Hęreticis, eorumq; cōfutādis dogmatibus Gregorij magni ſciētia maximè enituit, & iſte Nazianzenſem, & pleraſq; alias Eccleſias, & præcipuè Cappadocię regionis, Ariana hęreſi infectas, adiuuante eum Baſilio magno, ad catholicę fidei veritatē perduxit. Gregorius magnus Conſtantinopolim miſſus mirabile illud effecit, quod

Moritur, Frater S. Greg.

Ciuitatē ab hęreſi [illegible]ocat.

quod Eutychium hæreſi labefactatũ, rationibus, & ingenij ſubtilitate, qua perpetuò floruit, conuictum ſibi aſſentiri coegit: Et iſte Conſtantinopolim accerſitus, Macedonios vexauit, quos Semarianos vocabat, quorum hæreſis per vniuerſam Romanorum Regionem, & Nazianzenſem ditionẽ tunc ſerpebat. Iſti.n. Patrem omnipotentem, Deum magnum dicebant, Filiumq́; eius Vnigenitum, qui eſt Patri per omnia coæqualis, paruum, ſeù minorem appellabant. His ſuperatis, ad reliquos exagitãdos ſe repentè conuertit, erant enim in duo capita teterrima, Deo maximoperè odibilia, diſtracti; Dicebant vtique omnes iſti, ſuam ipſorũ iniquitatẽ in hac ſolummodo parte recognoſcentes, Filium vtique Patri eſſe coæqualem, ſed de Spiritu ſancto male ſentiebant. Verum inuictiſsimus Chriſti miles Gregoriꝰ in his oppugnandis adeo laudabiliter ſe geſsit, vt cum eius doctrinę, & prudentiæ, penè incredibili, reſiſtere non valerent tot, tantæq́; impietatis ſectatores, ad ſaxa ſaxis duriores, & improperia multa currunt: ſed mirabilis Deus in omnibus viis ſuis, militem pro ſe viriliter decertantẽ aduerſus ſui nominis hoſtes lapidibus appetitum ſeruat illęſum, omnibus, qui ibi tunc aderant, admirantibus. At à malorum compoſitoribus mòx ad Iudicem, tamquam, & populi cõmotor, & Imperij perturbator delatus; Veritatis amator, fidei defenſor, ac impietatis acerrimus pro-

oppugnat hęreticos.

Macedones hæretici ĩ duas diuiſi claſſes.

pugnator inuentus, non modo liber dimittitur, verum etiam, quod ei ſummæ gloriæ fuit, Conſtantinopolitanæ Eccleſiæ præficitur: Quo tempore Theodoſius, veræ pietatis inſectator, eius vitæ ſanctitatem, & doctrinæ præſtantiam admiratus, illum tanto in honore habere cœpit, tantaq; eū beneuolētia cōplexatus eſt, vt eū, vti affinē coleret.

Colitur à Theodoſio vehementer.

Elaborauit plurimum Gregorius magnus tùm in extruendis, tùm in reſtaurandis Eccleſiis, domibuſq; pro pauperibus, & peregrinis, & iſte idem effecit, nam Hoſpitale, quò pauperes confugerent, ſuis ſumptibus extruendū curauit. Gregorius magnus multos hæreticos, & alios ad fidei veritatē perductos, Chriſto reconciliauit, ita iſte hæreticorum pleroſque diſputationibus, & nonnullos alios præterea prædicationis munere, propulſatis tenebrarū erroribus, agnita vera luce, quæ Chriſtus eſt, ad fidei, & Chriſtianæ Religionis vnitatem induxit. Gregorius in perſcribendis Sanctorum & vita, & moribus plurimum inſudauit, & iſte ſimiliter, nam S. Baſilij magni, eius ſocij, S. Gorgoniæ, S. Mamantis martyris, & aliorū præterea Sanctorum vitam conſcripſit. Gregorius magnus Dominum in peregrina ſpecie ſemel, atque iterum meruit intueri, ita Gregorium Nazianzenum eundē, Dominum non ſolum noctu in ſomnis, verum etiam nocturna meditatione vidiſſe legimus, & meritò quidem, erat etenim mundus corde, quibus

Côuertit plurimos ad fidem.

Multorū ſcripſit Sāctorum vitam.

Vidit Dominum.

apud

apud Matth. videntis, & viuentis Dei vitio repromittitur. Hinc tanta etiam probitate, & vitæ ſanctitate donatus erat, vt ſpiritu futura prædiceret, nam cum Athenis literis inſeruiret, Iulianum admodũ tunc adoleſcentem, ibidem liberalibus diſciplinis operam nauãtem, nondum ad Imperium elatũ, fidei Chriſtianæ renunciaturũ, necnon ad immũditiam omnem propenſum futurum pronunciauit. ❡ Magnus ille Gregorius Mauritium Imp. minus honeſta aduerſus Eccleſiaſticam libertatem decernẽtem, literis de ſententia deduxit, & iſte Iulianum eundem ad Imperium euectum, dum ipſe in Chriſtianos, apoſtata à chriſtiana diſciplina effectus, ſęuiret, hæreticæ prauitati cohęrentem, obiurgauit, ſuam ipſius ei impietatem obiiciens. Gregorius magnus pleroſque confecit libros, & iſte multa ſoluta oratione, & verſibus ſapientia, ac eloquentia, penè incredibili, edidit, quibus Chriſtianã Religionem mirificè propagauit. De cæteris autem eius virtutibus nihil eſt, vt dicam, nam ſi de patientia eius dicere vellem, dicerem, eam illum tunc pręmonſtraſſe, eaq; tùm maximè præditum fuiſſe, quando cuidam nomine Sicario, qui Sanctum Virum ad necem conquiſierat, hilari animo quàm facilè ignouit. Sed quid ego laborem tanti Viri vitam illuſtrare ſermone, cum volumine vix eius præclara geſta explicari valerent? Sat, mihiq; illud dixiſſe ſufficeret, eum familiam eius vniuerſam, ſancti-

cap. 5.

Spiritu futura prędicit S. Gregorius.

Literis Iulianum reprehẽdit.

Cõpoſuit libros.

tate redolentem, vidiſſe, nã Fratrem habuit Cæſareum, quem inter agmina beatorum ſe vidiſſe fatetur: Patrem item Gregorium Epiſcopum, & ſororem Gorgoniam ſibi vindicauit, quorum vterque in Sanctorum numerũ eſt relatus. Nec Matrem eius prætercam, quæ vitę probitati quam maximè dedita, ad cœleſtia regna euocata creditur. Satis fuiſſet inſuper vnico verbo dixiſſe, eum Cõſtãtinopoli ceù collapſam fidem reſtituiſſe, ac hæreſes omnes, tunc inſurgentes, mirabiliter compreſsiſſe. Verum cum inter Epiſcopos non modicę conſiderationis inſurrexiſſet ſeditio, cũ ſolitudinis miro deſiderio teneretur, eam vt ſedaret, dignitati Epiſcopali Conſtantinopolitanę voluntariè renunciauit, illud Ionę prophetę, dum à facie Dei fugiens, ne in Ciuitatem Niniuitarum, populi ſui Iudaici pio zelo commotus, prędicaturus iret, nauim conſcendit, deſumpſit, ſi propter me orta eſt hęc tempeſtas, mittite me in mare, vt vos propterea vnanimes effecti, vos ipſos contumeliis afficere deſinatis. Epiſcopatui igitur Cõſtantinopolitano, ſanctiſsimè adminiſtrato, liberè cedẽs, Nazianzum reuerſus eſt, documento item ex Euangelio deſumpto, Cum perſequẽtur vos in Ciuitate iſta, fugite in aliam. Nazianzi igitur corpore laboribus plurimis defatigato, tantiſper refocillato, delecto in Epiſcopatu ſibi ſucceſſore, Eulalio probatæ vitæ Viro, inſuper habita ad populum oratione, qua omnes

Opera mira S. Greg.

Ion. prop. cap. 1.

Renũciat Epiſcopatui Conſtantinopolitano. Mat. c. 10.

ad Chriſti fidem retinendam,& ad Charitatem in Deũ,ac proximum exercendam hortabatur, in Eremum ſeceſsit, vbi non multò poſt vitę contemplationi, ieiuniis, vigiliis, & orationibus, quibus iam cum Baſilio magno, vnà etiam cum Amphilochio Epiſcopo in ſolitudine operã nauarat, addictus, ſenio confectus, puriſsimam, atque Deo maximè gratam efflauit animam ſeptimo idus Maij, anno ab orbe redempto trecenteſimo nonageſimo, Theodoſio Romanorum Imperatore, Gratiano à Maximo Tyranno interfecto. Quę igitur humana lingua poterit tanti Viri præconia explicare? Velim ipſe in pręſenti angelicam habere peritiam, & dicendi facundiam, ſi.n.ea omnia, quæ in eum dicenda forent, oratione mea, vel potius rudi ſermone meo,pernudarem, aliquid de re tanta dicerem, vt non omnino indignum duceretur ab iis, qui Sanctorum vitam, atq; mores lectitare cõtendũt. Ignoſcas tu mihi quęsò, Gregori, qui perpetuò Deo aſsiſtis, ſum etenim velut nycticorax, qui ſolis radios nõ valet inſpicere: Verùm ſi animi nobilitas potius, quàm factum ipſum, accipienda eſt, nõ dubito, quin animi mei deſideriũ, ad te laudandum propenſum, ęqui, boniq; ſis conſulturus: Tu igitur, qui triumphas in cœlis coronatus, ne dedigneris pro me,& pro iis omnibus, qui tuum implorant auxilium, Dominum Deum ſuppliciter exorare, vt, huiuſmodi corporali ſarcina depoſita, ſpiritus liber

Pergit in eremum.

Obitus S. Gregorij. Licet Onuphrius dicat anno 179.

Pia ad S. Greg. conſideratio.

ad Cœlũ euolet, Deo æterno tempore fruiturus, quod nobis concedat, qui ſine fine viuit,& regnat. Huius Sanctiſsimi Viri tẽpore floruere ſanctiſsimi patres, Hieronymus, Ambroſius, P. Auguſtinus, Baſilius magnus Cæſareæ Epiſcopus, Hilarius, Cyrillus Hieroſolymitanus Epiſcopus, Dydimus, Alexãder, Epiphanius Salaminus, Paulus Oroſius.

Documẽtum. Hinc cum B. Greg. Nazianzeno mũdi gaudia docemur effugere, vt lętitiam æternã cũ ipſo aſſequamur, ſcriptũ eſt enim, Beati, qui lugent, quoniam ipſi conſolabuntur, Væ vobis, qui ridetis nunc, quia lugebitis, & flebitis. Iacobus quoque Apoſtolus, Miſeri eſtote, lugete, & plorate, riſus veſter in luctum cõuertatur, & gaudium in mœrorem. Sancti Patres præterea, vt S. P. Auguſtinus, S. Gregorius, S. Hieronymus, S. Baſili⁹, & Iſidorus nonnulla de eiſdem mentionem fecerunt, vt ſuo loco Venerabilis Beda teſtatus eſt. Pater igitur Auguſt. ait, Lætitia ſæculi vanitas, cũ magna expectatione ſpetatur, vt veniat, & non poteſt teneri, cum venerit. Et S. Greg. Præſentia gaudia ſecuntur perpetua lamẽta, Qui etiam, Nemo etenim poteſt, & hic gaudere cum ſæculo, & illic regnare cum Domino. Hieronymus Sanctus quoque, Qui temerarius eſt in lætitia, perennis erit in pœna; Vnde S. Baſilius, Eſto in lætitia paruulus, & Vir perfectus in ſenſu. Demum Iſidorus inquit, Habeto temperamentum in proſperis, mentem nec gaudio, nec mœrore cõmutes.

Mat. c. 5. Luc. c. 6. S. Iac. c. 4. S. Aug. S. Greg. Idem. S. Hier. S. Baſ. Iſidor.

DE ELECTIONE GREGORII SEXTI, *integerrimi Viri, in ſummum Pontificem, ac de eius optimo fine, ex Petro Meſſia, Panuinio, & Platina.*

REGIVS propheta Dauid, dum in pſalmo illo, Iubilate Deo omnis terra, Dei mirabilia, diuino afflatus ſpiritu, decantaret, nec non quæ paſſus eſſet, antequàm ad cœleſtia proueheretur regna enumeraret, aiebat, Tranſiuimus Domine per ignem, & aquam, & eduxiſti nos in refrigeriũ, qui locus pro Gregorio ſexto maximè ita accommodatus videtur, vt videre eſt in ſequentibus tùm circa eius electionẽ, tùm circa eiuſdem nouiſsimum finem, vt videatur meritò poſſe dicere Domino, gratia tua, tua miſericordia, atq; pietate, tranſiui per huius mũdi miſerias, ac perturbationes, meq; ad cœleſtia regna demum perduxiſti. De Gregorio igitur ſexto verba facturus, nonnihil difficultatis in eius explicãda electione in ſummum Pontificem cerno. Et quidem liceat mihi vſurpare, quod ſæpe ſępius adagio fertur, Tot homines, tot ſententiæ: Varia quidem dicta reperiũtur ab omnibus ſuper Gregorium iſtum, ſummum Pont. qui dictus eſt ſextus. Sunt plurimi hominum, qui dicunt eo ipſo tempore tres Eccleſiæ Dei præfuiſſe Viros, nempè, Silueſtrum tertium, Benedictum octauum, aliàs nonum, atq; Gregoriũ

Pſal. 65.

Adagium.

ſextum,

ſextum, quiq; vnà conuenientes,Chriſti veſtem,hoc eſt Eccleſiam, inconſutilem, inter ſe diuiſerint, adeo vt alter ab altero, & tertius ab vtriſq; diſtractus diuerſaretur in Vrbe,hoc videlicet modo, Vnus apud Sanctum Petrum, alter apud Sãctam Mariam, tertius autem,iſte eſt Benedictus,apud Lateranum, Auctore Gothifredo Viterbienſe. Quibus ita ſe habentibus,aiunt, Henricum tertium eo tempore Romanorum Imperatorem, valido comparato exercitu,Romam aduentaſſe,vt pontificiam dignitatem,ita labefactatam, in veterẽ libertatem reſtitueret: Proptereaq; eius opera Romæ multorum Epiſcoporum coacta Synodo, ac in ea,tribus illis Põtificibus priuatis, ac exilio mulctatis, rogatu, ac ſuaſu eius Syndegerus Bambergenſis Epiſcopus, qui Clemens ſecundus appellari voluit,Eccleſiæ Dei pręficitur,à quo eundem Henricum Imperatorem corona donatum fuiſſe perhibetur. Aliis autem placet,ſuperato cum ſuis Silueſtro tertio,antea Iohanne Epiſcopo,qui,Platina,& Biondo referentibus,nouem ſupra quadraginta ſolummodo dies tyrannicè vixerit, Eccleſięq; ita præfuerit,Benedictum relictum fuiſſe, ac verum Põtificem extitiſſe, ſed cum ipſe animi fortitudine,atq; conſtantia minimè pręſtaret, aſtruunt quidam non multò poſt dignitati pontificiæ eum renunciaſſe, eamq; Viro cuidam pecunioſo, ac potentiſsimo, qui Iohannes Gratianus Sancti Iohannis in Laterano

rano Archipresbyter appellatus eſt, ſymoniacè tradidiſſe, qui mòx facti pœnitens effectus enituit, quantum potuit, vt verè Pontifex fieret, atq; ita Gregorius ſextus ſit appellatus. Ego autem in ea ſum opinione, vt putem, Benedictū iam dictū huic, qui Gregorius ſextus appellatus eſt, animi puſillanimitate dignitatem pontificiam renunciaſſe, ſed Gregorium effeciſſe, vt ab omnibus verus eligeretur Pontifex, non tamen ſymoniacè vllo vnquàm pacto; Quæ opinio miraculo, in morte ipſius edito, maximè comprobatur. Pręterquamquod ſi cauſæ per effectus noſcūtur, & propterea optimos effectus parturiuerit Electio eius, vt puta, quia Sedis Apoſtolicæ dignitatem, aliquorum prædeceſſorum ſuorum negligentia labefactatam, in ſuam veterem dignitatem reſtituerit, Antonio hiſtoriarum ſcriptore diligentiſsimo auctore, non poſſumus non fateri omnes, in locū Benedicti Gregorium ſextum ritè fuiſſe ſuffectum. Præterea ſi nulla eſt verior prędicatio, quàm ea, auctore Boetio, in qua idē prędicatur de ſe ipſo, & Gregorius ipſe ante mortis ſuæ diem proprio ore dixerit, ſe à tanti peccati labe eſſe immunem, quod non dixiſſet morti vicinus, niſi ſuæ ſalutis, quod nullatenus credēdū eſt, immemor extitiſſet, cur nō credamus, eum Eccleſiæ Dei verè, ac realiter, omni poſtpoſita lętali culpa, præfuiſſe? Quòd ſi alicui in hac parte aliquis ambigendi relictus eſt locus, declaratur ei per

mira-

miraculum Diuina gratia in eius morte editum, vt erit videre Iohãnes ergo Gratianus legitimè Pontifex electus, Gregorius ſextus vocatus eſt, Clemente ſecũdo antea poto veneno, è mundo ſublato. Gregorius igitur, vt erat piiſsimus, optimorum Põtificũ videtur exẽpla ſecutus, nã Gilbertus hiſtoriarũ ſcriptor Greg. ſextum (inquit) de Eccleſia Dei benemeritũ fuiſſe, nã iura quędã Eccleſiaſticæ Sedis, iniuſtè à quibuſdã occupata, recuperanda mandauit. Illud quoq; ſcire dignũ eſt, quod in Latrones quoſdam, viarum loca occupãtes, quominus tutò Peregrini, & qui animi deuotione tenebantur, Romam proficiſcerentur Indulgentiarum cõſequendarũ ſtudio, primo excõmunicationis laqueo, dehinc ferro animaduertere non deſtitit. Hinc Antonius iam dictus, auctore Petro Meſsia, eum Virum probum, iuſtum, atq; integerrimum extitiſſe prędicat. Sed ſufficiat ad probitatem eius, & vitæ ſanctitatem pręmonſtrandam id, quod de ſe ipſo dixerit, vt opinionem, minus probitati reſpondentem, ex hominum cordibus erueret, vtpotè, & quod nec ſymoniacus, nec ſanguinolentus extiterit, imò potius vniuerſa, quę dixerit, effecerit, atq; adminiſtrauerit, ſe ritè, piè, ſanctèq; geſsiſſe; Vnde cum mortem ſibi aſtare intelligeret, corpus meũ (inquit) dum ab eo ſpiritus abſceſſerit, ad fores Eccleſiæ, ianuis introcluſis, ſiſtite, quod ſi eas Diuinitus reſeratas animaduerteritis, me ſepultura, & cę-

Defendit Eccleſiæ iura.

Gregorij laudes.

lo, gratia Dei, dignum exiſtimate, alioquin Inferno, eiuſq; flammis me perpetuò addi-ctum eſſe credatis. Quarè eo è mundo ſubla to, cum facta fuiſſent omnia, quę mandaſſet, vêtus ſubortus apparuit, qui Eccleſię ianuas mòx aperuit. Quo miraculo omnes, qui ibi tunc aderant, ſtupore plurimo affecti, eum, vt Virum probũ, ac ſanctitate donatum, honorificè ſepeliendum curauerunt, cum Sanctam Dei Eccleſiã optimè gubernaſſet duobus annis, & eò amplius, vt Platinæ, ſummorum Pontificum diligẽtiſsimo ſcriptori, placet; vel anno vno, menſibus ſeptẽ, ac diebus quindecim, vt Biondus, & alij ſentiunt.

Moritur Gregori⁹.

Miraculũ.

Hinc minus rectã iudicia, prauaſq; cordis cogitationes iubemur à nobis repellere; Vnde Dominus in Euangelio, Nolite iudicare, & non iudicabimini; In quo.n. iudicio iudicaueritis, iudicabimini; & idem alibi, Nolite iudicare ſecundum faciem, ſed iuſtũ iudicium iudicate. Propterea Paulus Apoſt. Propter quod inexcuſabilis es ò homo, qui iudicas, in quo enim iudicas alterũ, te ipſum condemnas. De cogitationibus etiam fugiendis ſcripſere Sancti Patres, ex Venerabili Beda, vt ſupra, quemadmodum S. Pater Auguſtinus, S. Gregorius, S. Hieronymus, S. Hylarius, Iſidorus: Pater igitur Aug. ait, Nemo poteſt à diabolo decipi, niſi qui prębere voluerit ſuę voluntatis aſſenſum: Beatus Greg. Maligni ſpiritus eundiq; quippè animam anguſtant, quando ei non ſolũ operis,

Documẽtum.

Mar. c. 7.

Ioh. c. 7.

Paul c. 2. in princ.

S. Auguſt.

S. Greg.

ris, verum etiam cogitationis, atq; inſuper locutionis iniquitates replicant; Et idem,

Idem. Dum in cogitatione voluntas non reprimitur, etiam in agnitione dominatur. Sanctus

S. Hier. Hieron. itidem, Non ſinas cogitationes malas in corde tuo creſcere. S. Hilar. quoque,

S. Hil. Non omnes cogitationes noſtræ malæ, ſed diaboli inſtigatione excitantur, ſed aliquoties & noſtro nutu emergunt; Bonę autē cogitationes ſemper à Deo ſunt. Iſidorus de-

Iſidor. mum, Non enim ſolum factis, ſed & cogitationibus delinquimus, ſi eis illicitè occurrentibus delectemur. Idē, ſi ſeparaueris co-

Idem. gitationes à corde, non prorumpēt in opere.

VITA, MORES, ATQ. BEATVS FINIS S. Gregorij Thaumaturgi, rerum quippè mirabilium operatoris, quę omnia ex B. Gregorio Nyſſeno, ac Ruffino libro primo c. 10. Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ accepta ſunt, atque hauſta.

DEVS Optimus Maximus cum à facie ſua Saul regem, ne ſuper Iſrael populū, à ſe electum, vlterius regnaret, obieciſſet, illiuſque ſpiritus receſsiſſet ab eo, Samueli

Figura. prophetæ, ſeruo ſuo, pręcepit, (vti videre eſt in primo Regum lib. vt accitum Iſai filium,

Prim. lib. Reg. c. 16. natu minorem, nomine Dauid, in regem vngeret ſuper Iſrael vniuerſum, de quo (vt in Actibus Apoſtolorum legitur) dixit Deus,

Act. Apo. c. 16. Inueni Dauid filium Ieſſe virum ſecundum cor meum, qui omnes meas faciet voluntates,

tes,id,quod pro S. Gregorio Thaumaturgo intelligi etiam poteſt; Et quidem cum Neo cęſareenſem Ciuitatē,penè vniuerſam,gentilitatis labe fœdatam cerneret De⁹, eidem Gregorium pręeſſe conſtituit,tamquam eū, quem iuxta cor ſuum inueniſſet. Gregorius igitur Neocęſareæ,quæ eſt Cappadociæ Ciuitas in Ponto,cognomento Euxinio,honeſtis parentibus ortus eſt. Admodum adoleſcens,poſthabitis mundi ſolatiis, miræ ſanctitatis præſetulit indicia,quādo tanta parſimonia vſus inuenitur, vt ſuæ ętatis omnes facilè ſuperauerit. Sed cum diſciplinæ deſiderādę,& à quolibet percipiendę miro teneretur deſiderio, Alexandriam mòx ſe contulit,vbi,creſcente cum ætate doctrina,breui ad eā peruenit doctrinę,& ſapientiæ præſtantiā,vt omnes,qui eū cognouerant,in ſui maximā admirationem adduxerit. Huius viri humilitas quāta extiterit ex eo facilè colligitur,quod licet mira eſſet prudētia,& doctrina præditus, nihilominus Origenem,in omni virtutū genere diuerſatum, addiſcendi ſtudio adire contendit. Quo factum eſt, vt quemadmodum doctrinæ laudem meritò aſſecutus eſt, ita miraculorum eius magnitudine,veluti Greg. primus Pōt. Max. Magni, & Gregorius Neocęſareēſis Theologi nomē conſecutus eſt, & per antonomaſiam Thaumaturgus eſt iure óptimo appellatus. Quis igitur fidelium nō maximoperè admiretur, ſi miraculorum eius præſtātiam lectitare geſtiat?

S. Greg. patria.

S. Gregor. doctrina.

S. Gregorij humilitas.

ſtiat? Cum etenim morbo ingenti Neocę-ſareenſis conflictaretur Ciuitas, ob cultum Diabolo adhibitum, qui ſoli Deo debetur, ſola oratione ad Deum facta, tot, tantiſq; malis actam, Neocęſareenſem præripit Ciuitatem. Verum illud eſt animaduerſione dignũ ſupra modum, quod cũ adhuc iuuenis in plurimorum familiarium reperiretur conſeſſu, diſputandi gratia, quidam tunc perditi homines, eius vitæ puritati, ac doctrinæ excellentiæ inuidentes, inſidias ei, & calumnias moliri non deſinunt, nam propterea mulierem infamia notatam, muneribus tẽtatam, & ad ſuæ prauitatis voluntatem perductam, in medio diſputantiũ conſtituunt, quę, Gregorium intuita, accuſat, illũ rem cum ea habuiſſe illecebrem, tamen ſe ab eo mercede ſua fuiſſe fraudatam atteſtans. Ira non mediocri tùm in Mulierem, tùm in perditos homines cõmouentur, qui ibi aderant tanti Viri domeſtici; Nullo pacto commouetur Gregorius tanta affectus iniuria, ſed omnibus æquanimiter toleratis, obnixè à quodam illic aſtãte, ſibi familiaritate coniunctiſsimo, poſtulat, vt Mulieri illi, mercedem efflagitanti, tãtum pecunię tribuat, vt immodeſtis vocibus perſiſtere deſinat. Huius Viri innocentiam, quam quærere ipſe nullatenus laborauit, præmonſtrauit laudabilis Deus, dũ mulierem, mòx, accepta pecunia, à dęmone agitatam, & ab eo in terram deiectam, vocẽ brutinã edere permiſit. Quo miraculo permoti

Oratione liberat Vrbem.

Miraculũ.

moti multi, eius ſanctitatem magis, ac magis venerari cœperunt. Gregorius igitur ſanctitate, ac doctrina illuſtris à Phœdonio Amaſeæ Ciuitatis Epiſcopo, qui ſpiritu prophetico futura prædicebat, accerſitus, vt in Epiſcopū conſecraretur, modo in hāc, modo in illam, latitando, cōfugiebat partem; Tandē Dei monitu Neocęſareenſis Eccleſiæ Epiſcopus conſecratur. Quo in munere paſtorali pro omnium ſalute quàm elaborauerit, quoſquè ſit labores perpeſſus, non eſt facile aperire; Illud quidem certiſsimum eſt, quod cum ſolummodo ſeptemdecim eſſent numero fideles, dum Eccleſiæ Neocæſareenſi pręficeretur, vita perfunctus, totidē inuitus ibidem reliquit infideles. Verùm, cum ad Eccleſiam, Epiſcopus mòx effectus, proficiſceretur, eius profectionem miraculo illuſtrauit Deus, nam cum Vir Sanctus aerem nimium labefactatum animaduerteret, ſigno tantum crucis effecto, expiatum omni ex parte reddidit. At cum in Vrbe dęmonum cultus tum maximè vigeret, hominibus Fanum, Ioui dicatum, dæmonibus cultum exhibituris, ingredientibus, ab eis dictum eſt, ſe neq; vota eorum accipere, neq; reſponſa prębere, neq; demū emolumenti aliquid eis poſſe præſtare Gregorio, ſe ipſis potētiore, ad Epiſcopalē dignitatē euecto: Hinc factū eſt, vt infidelium plurimi, his auditis, Chriſti fidem ſuſciperent. Nec miraculum illud prætermittēdum eſt, quod cum quidā lapidem aliquē

Conſecratur Epiſc.

Opera S. Gregorij mira.

Miraculū.

perquireret, petra adeo prægrãdis ei occurrit, vt humana manu de loco dimoueri non poſſet, quẽ tamen Gregorius Epiſcopus ſola fidei poteſtate eo ipſo remouit, quodam tũc Viro, Auditio nomine, ad Chriſti fidem cõuerſo, cæteris admirãtibus. In ſacris præterea extruendis ædificiis, quod & Gregorius primus, ſecundus, atque tertius ſummi Pontifices, & alij, qui hoc nomine appellati ſunt, præſtauerunt, eius ſtudiũ maximè enituit, id, quod poſtea miraculo cõprobatum eſt, nam terręmotu vehementi effecto, Vrbs vniuerſa vaſtatur, ſolo Templo à ſe ædificato, inconcuſſo relicto. Adeſt itidẽ admirandum miraculum, mirę ſanctitatis indiciũ, de duobus Iudæis, certè perfidis, qui ſibi in itinere occurrerunt, quorũ alter illuſionis cauſa à Sancto Viro eleemoſynam poſtulat, alter verò ſe vita functũ eſſe diſsimulat, tunc Dei iudicio ille vltro incedere non permittitur, & iſte, Sancti Gregorij mòx contacta veſte, moritur. Dęmonibus adeo extitit formidoloſus, vt ſola præſentia, ſoloq; anhelitu eadẽ ex Idolorum ſimulacris, & hominum corporibus quàm ſæpiſsime eiecta profligauerit. Neque ſilentio inuoluatur de flumine, Lyco, ex Armeniæ fontibus ſcatente, agroſq; hinc inde nimio detrimento inundante, infixo ad eius ripam, quo ſuſtentari conſueuerat, baculo, id mirabiliter effectum eſt, vt vlterius progredi non tentauerit. Verùm vt quęſtionem, & litem, inter duos fratres ſubortam, ſedaret,

Miraculũ.

Eiicit dęmonia.

Aliudquoquè miraculum.

ſedaret, miraculũ valde magnum edidit, nã paludem & litis, & quæſtionis præcipuum fundamentum, adeo exiccatã effecit, vt nec aqua illic vnquã cõſediſſe videretur. Futura pręterea prophetico ſpiritu eum prędixiſſe ſecernitur, nam Sancto Troadi martyri, & conciui ſuo, & ſuæ diſciplinæ alumno in ſpiritu adfuiſſe ſacræ literæ teſtãtur, quem etiã ad ſubeundum martyrium æquo animo roborauit. Alexandrum item, nomine Carbonarium, Comanæ Vrbis Ciuibus hunc, & alterum in Epiſcopum Gregorio proponentibus, diuino afflatus ſpiritu conſecrat Comanæ Eccleſię Epiſcopum, altero reiecto. Illud demum, quod eſt maximi ponderis, quodq; illi ſummæ gloriæ fuit, animaduertendũ eſt, quod ſæuiente in Chriſtianos Imperatore, niſi Chriſto renunciantes, idola venerarentur, conſiderans quinam eſſent in ſua Ciuitate animo præſtantiores ad ſubeundas martyrij pœnas, & qui ad finem vſque fortiter decertarent; Ita altera ex parte eos, qui minus eſſent viribus fortiores, cõſultò relictis illis, quos primo ad fidei defenſionem animarat, cum iſtis ad montes confugere deliberat, docens eos, melius eſſe animas fugiendo ſaluare, quàm manendo amittere. Deniq; Eccleſiæ pace reddita, vt nempè, publicè vbique locorum vero Deo cultum adhiberi liceret, cum ſuis ad Vrbem Neocæſareẽſem reuertitur, nullum Charitatis officium prętermittẽs, quo minus eos, & qui in vniuerſa

Miraculũ.

S. Gregorij prudẽtia.

Reuertitur ad Ciuitatem. regione illa diuerſabantur, confirmaret; Illud pręterea memorabile efficiēs, quod martyrum, qui in perſecutione illa fortiter dimicarant, celebritatem quotannis eo loci obſeruari conſtituit. Sed quid ego, ceù vermiculus, tanti Viri laudes cōcelebrare contendo, dum Sanctum pro Sancto elaboraſſe comperio? cū Sanctus ſiquidem Baſilius ille magnus, Gregorium huiuſmodi Mpyſi, & Prophetis in veteri, & Apoſtolis in nouo teſtamēto meritò cōparandū cenſuerit; Quemq; ea omnia, quæ in aliis huius nominis enumerauimus præclara facinora, in ſe ipſo collegiſſe animaduertimus. His igitur perfunctis laboribus, & aliis pręclarè geſtis, plurimiſq; ſuæ diſciplinæ relictis diſcipulis, omnibus ad Chriſtianam fidem, patientiam, humilitatem, & Charitatem, quæ omnia ipſe perpetuò coluit, adhortatis, decimo quinto cal. Decemb. Deo, cui vniuerſo vitæ ſuæ tempore, piè ſancteq; ſeruierat, reddidit ſpiritum, qui charitate, qua præditus eſt, eum pro nobis rogare dignetur, à quo manant fluenta cuncta bonorum. Amen.

Excuſatio à laudib⁹.

Comparatur Apoſtolis, & Prophetis S. Greg.

S. Gregorij obitus.

Ex huius Sancti Viri vita, & moribus fornicationē refugere, & à nobis repellere quęramus, id enim eſt, quod Dominus in Euangelio nobis obſeruandū præcepit, ſint Lumbi veſtri pręcinti, hoc eſt carnis luxuriā per continentiam coarctate: Et Paulus Apoſtolus, Fugite fornicationem: Et idem ad Hebręos ſcribens, Fornicatores.n.& adulteros iudi-

Documētum.

Luc. c.13.

Paul. Ap. 1.Cor.c.6.

Heb.c.13.

iudicabit Deus. Quin potius Salomõ in Prouerbiis, Fouea enim profunda eſt meretrix, & puteus anguſtus aliena inſidiatur in via, quaſi latro, & quos incautos inuenerit, interficit. Propterea ad noſtram ſalutem Sancti Patres, ex Venerabili Beda, in hanc ſententiam documẽta pleraq; tradidere nobis, & P. Auguſtinus, S. Gregorius, S. Hieronymus, Iſidorus, & Cęſarius: P. enim Auguſt. ait, Si verè eſt, quod in te viuit fornicatio in te mortua eſt: Et S. Gregor. Vnde ſatietate corpus extenditur, aculei libidinis excitatur. S. quoque Hier. pertimeſcendam valdè protulit ſententiam, Vę illis, qui tunc luxurię habuerunt terminum, quando vitę: Qui item infert, Luxuria inimica Deo, perditio paternæ hæreditatis, vel ſubſtantiæ. Iſid. quoq;, Principaliter his duobus vitiis Diabolus humano generi dominatur, & ſuperbia mentis, & luxuria carnis. Qui rurſus, Luxurioſa nanq; vita carnẽ cito debilitat, fractámque citò perducit ad ſenectutem; Melius eſt ergo mori, quàm fornicari, vel libidine maculari. Qui tandem, Fornicatio maximi eſt ſceleris, quia per carnis immunditiam templum Dei violat, & tollẽs membra Chriſti, facit membra meretricis. Demùm Cęſarius ait, Contra reliqua vitia oportet nos omni virtute reſiſtere, contra libidinem verò non expedit repugnare, ſed refugere.

Pro. c. 23. circa finẽ.

S. Auguſt.

S. Greg.

S. Hier.

Idem.

Iſidor.

Diabolus dominatur nobis ſuperbia, & luxuria

Idem.

Cęſar.

ELECTIO, ET GESTA GREGORII octaui in ſummum Pontificem ex Petro Meſſia, ex R. P. F. Onuphrio Panuinio Veronenſe Auguſtiniano, & Platina.

IN Cantico canticorum me aliquando legiſſe recolo, quod ſponſus de ſua ſponſa, quam ſororis nomine appellat, verba faciẽs, inter cæteras duas illius tãgit proprietates, & quod parua ſit, & quod eidẽ vbera deſint in hęc eadẽ verba, ſoror noſtra parua, & vbera non habet. Quo in loco Sanctam Dei Eccleſiam, quam vnigenitus Dei filius puſillũ gregem vocat, ita inquiens, Nolite timere puſillus grex, intellexiſſe videtur, id, quod pro inſtituto cœpto, Gregorio octauo accõmodari poteſt, eo etenim tempore, quo Põtifex creatus eſt, erat parua numero Eccleſia, hoc eſt Chriſtiani principes erant inter ſe diſsidentes, & minus cõcordes, cuius cauſa Saladinus, Turcarum Imperator, Vrbem Ieroſolymam, à ſe valida manu obſeſſam, cepit ſexto nonas Octobris an. Dominicæ incarnationis milleſimo centeſimo octuageſimo ſeptimo, octuageſimo octauo anno poſt Gotfredum, quando illã, cum reliquis Chriſtianis Principibus è Saracenorum manibus præripuerat. Capta igitur Ciuitas illa Sancta Hieruſalem, eamq; ob cauſam, Vrbano tertio Mediolanenſe felicis memoriæ, nuncio

cap. 8. Figura. Luc. c. 12.

cio accepto, dolore maximo è mundo ſubla-to, nota omnibus vitæ probitate, cũ pruden-tia, ac doctrina coniuncta, Greg. Beneuenti honeſtis parentibus orti, sũmo omniũ con-ſenſu Pōtifex deligitur an. ſal. humanę mil-leſ. cent. octuag. ſeptimo, Fœderico primo Romanorum Imperatore. Pontifex igitur tantus vir effectus, ſolum de Eccleſia, ac ani-marũ ſalute ſolicitus, mòx curam adhibuit omnem, vt Ciuitatem Sanctam Hieruſalem ex infidelium tyrannide ereptam, pacatam populo redderet Chriſtiano. Quarè eò ipſo literas, & Legatos ad Reges, & Principes vniuerſos, Chriſtianam Religionem profi-tentes, mittit, vt vnà cum ipſo terra, mariq; quàm valido cōparato exercitu, recuperan-dę Ieroſolymitanę Ciuitatis ſtudio aciem in Paleſtinam regionem dirigerent: Quam ob cauſam Piſas repentè ſe contulit, vt diſsidia inter Ianuẽſes, & Piſarũ ciues, quorũ vterq; terra, marique viribus præſtabat, radicitus conuelleret, vt facilius cum eis ageret de re cuperanda Ieroſolymorum poſſeſsione. Pace demum celerrimè inter prædictos cõuenta, morte (proh dolor) pręuentus, quod cœ-perat, perficere non potuit, nam cum paſto-rale munus ſanctiſsimè quinquaginta ſolum modo dierum ſpatio gubernaſſet, Piſis, quò, tot, tantaq; bona pro Eccleſia, & Republica Chriſtiana vniuerſa perfecturus, properaue-rat, animã Deo reddidit, omnibus vbiq; di-uerſantibus dolore multo affectis ei' obitũ

Mors Vrbani Pōt.

Patria Gregorij.

Greg. creatur Pontifex.

Greg. aduolat Piſas.

Obitus Gregorij.

Pia mortis Greg. cōſideratio.

deplorantibus. Et re vera quis eſt Chriſtiani nominis, probitatis, & virtutis amator, qui Ieroſolymitanæ Vrbis præſtantiam, vbi Dominus noſter Ieſus Chriſtus ſua morte genus humanum omne, Inferno perpetuò addictum, Deo patri omnipotenti reconciliauit, ad memoriam reuocans, tanti Viri obitum non maximoperè deploret? Et cui nam ambigēdi relinquitur locus, quin ſua & prudentia, & vigilantia, Chriſtianorumq; principum auxilio, Sanctam Ciuitatem liberauiſſet? Quis mente reuoluens, Ieroſolymorum Vrbem in infideliū manibus cōſiſtere, non cōmoueatur, & Gregorium, ſimul atquè præſtanti prudentia, & probitate Virum, vitam viuere percupiat? Cui fortaſsè dubium eſſe poteſt, quin Chriſtianos principes, aliquando inter ſe diſsidentes, non cōciliaſſet prudentia ſua? Quàm lugere debuerint omnes tunc, maximè pauperes, Orphani, atquè Viduæ, quibus neceſſaria facilè ſuppeditaſſet, niſi vita tam citò ceſsiſſet? Verùm placuit ei, qui non eripit mortalia, ſed regna prębet cœleſtia, illum ex hominum conſuetudine ereptum, ad Cœlum facilè euocare. Quod nobis etiam concedat Deus, vt, expectantes beatam illam ſpem, & aduentum magni Dei, ſummi Dei, veri Dei, qui (vt ait Apoſtolus) reformabit corpus humilitatis noſtræ, configuratum corpori claritatis ſuæ, æterno tempore eo perfruamur in cœlis.

Phil.c.3.

Ex

Ex quo documentum ſe vltrò omnibus offert de huius præſentis vitæ breuitate, cum ſola futura vita in æternitate cõſiſtat: Vnde Iacobus Apoſtolus, Quę eſt enim vita veſtra? Vapor eſt, ad modicum parens, & deinceps exterminabitur. Et Paulus Apoſtolus, Id.n. quod in præſenti eſt, momẽtaneum eſt. Neq; defuere Patres Sancti de hac re aliquid pertractare, vt P. Auguſtinus, S. Hieronymus, S. Cyprianus, demùm Iſidorus: Pater.n. Aug. inquit, Omnis malus aut ideo viuit, vt corrigatur, aut ideo viuit, vt per illũ bonus exerceatur. B. quoque Hier. ait, Breuis eſt huius vitæ felicitas, modica eſt huius ſæculi gloria; Qui rurſus ait, vbi ſunt reges? Vbi Imperatores? Vbi principes? Vbi locupletes rerum? Vbi potentes ſæculi? Certè quaſi vmbra tranſierunt, & velut ſomnium euanuerunt: Et Cypr. vir Sanctus, Hæc tempora terrenaliã computat, qui æternalitatẽ de Deo ſperat. Iſid. etiam, Qui vitæ præſentis longitudinem non de ſuo ſpatio, ſed de eius fine conſiderat, quàm ſit miſera, & breuis, ſatis vtiliter penſat. Qui etiam, ſi longam vitam quæris, ad eam tende vitam, pro qua Chriſtianus es, hoc eſt æternam. Ex Venerab. Beda.

Documẽtum. S. Iac. c. 4. Paul. Ap. 2. Cor. 4. S. Aug. S. Hier. Idem. S. Cyp. Iſid. Idem.

DE MORIBVS, AC BEATO FINE *Sancti Gregorij Nyſſeni, Sanctiſsimi Viri ex Martyrologiis.*

APOSTOLORVM Princeps Simon Petrus, Deum ſuę Eccleſię præcipuam habere curam oſtendere volens, ac vniuerſos Chriſti fideles ad ſubeundas huiuſmodi ſęculi ęquanimiter pœnas animare intelligẽs, ait, Deum nequaquàm eſſe paſſurum, vt diutius torqueantur, neque ob earũ cauſam eos ad nihilum eſſe redigendos, imò potius ad ſupernam gloriam prouehendos exiſtiment in hũc, qui ſequitur modũ verba pertexens, ſcientes fratres eandem paſsionem ei, quæ in mundo eſt, veſtræ fraternitati fieri, Deus autem omnis gratię, qui vocauit nos in æternam ſuam gloriam in Chriſto Ieſu, modicũ paſſos ipſe perficiet, cõfirmabit, ſolidabitq́;. Hinc Euſebius Cęſareẽſis, doctor egregius, ait, Quo magis ſęuiere in Eccleſiaſticam libertatẽ ſæculi huiuſcemodi Tyranni, eò credentium fides augebatur in dies, & gentiles cõuertebãtur ad fidẽ. Propterea Duces, præcipuè in ipſius Eccleſiæ exordio, hoc eſt Põtifices, Epiſcopos, Archiepiſcopos, alioſque ſanctitate, & doctrina præſtantes Viros, qui fortiter ſubeuntes martyrium, eſſent in cauſa, vt eorum exẽplo reliqui ſtrenuè pro Chriſti fide dimicantes, martyrij & ipſi donarentur corona, Eccleſiæ ſuæ voluit præeſſe. Meritò

Pet. Apoſ. Ep. 1. c. 5.

Euſebius Ceſar.

Dei miſericordia.

ritò id profectò tot Chriſtianorũ millia prę ſtitiſſe legimus in teſtamento nouo,id,quod & in veteri factum eſſe dignoſcimus à ſeptē illis fratribus Machabæorũ genere, qui vnà cũ Matre,iubente Antiocho rege,variè ſunt necati; Et ab Eleazaro venerabili ſene, qui omnes primitiæ eorum, qui ante Chriſtum paſsi ſunt,extitere: Eleazarus etenim tanta fortitudine nonagenarius martyrij tormenta ſuſtinuit, vt etiã pœnarum ſuarum inuentores in ſui maximam admirationem adduxerit; Hinc eum de ſe ipſo ita locutum fuiſſe comperimus 2.Machab.lib. Quamobrem fortiter vita excedendo, ſenectute quidem dignus apparebo,adoleſcētibus fortaſsè exēplum relinquam, ſi prompto animo, ac fortiter pro grauiſsimis,ac ſanctiſsimis legibus honeſta morte perfungar. Ita S.Gregorium Nyſſenum Epiſcopum fuiſſe exiſtimãdũ eſt, quippè qui, vt Chriſtianam fidem conſtantiſsimè tueretur,ab Arianis hæreticis multa paſſus eſt, inſuper & exilio eadem de cauſa mulctatus eſt. Gregorius igitur in Cappadocia nobili genere natus, in Chriſti diſciplina educàtus, cũ adoleuiſſet, ſęcularibus, dehinc ſacris literis inſeruiēs, breui ad eam peruenit doctrinę, & morum excellentiam, vt Nyſſam, ad eius regendam Eccleſiam, ſit accerſitus. Suſcepto igitur paſtorali munere mirabile eſt,quàm multos exemplo,ac doctrina ad Ieſu Chriſti,& Euãgelicæ veritatis fidem perduxerit. Tantæ præterea abſtinen

Machabę-orum.

Mach.c.6.

Exēplum.

S.Greg.patria.

S.Gregor. creatur Epiſcopus.

tiæ,

tię,caſtitatis,& continentiæ fuit,vt Fratrem ſuum Baſilium,illum magnum, Cæſareæ Epiſcopum,in omni vitę probitatis,& ſanctitatis diſciplina imitari ſtuderet. Et quemadmodum glorioſus iſte Chriſti miles in oratione erat aſsiduus, ita in ieiunio ſeruando diligentiſsimus. Huius viri probitás tunc maximè floruit,& doctrina plurimũ enituit in euertẽdis Arianorum dogmatibus,pro catholicę fidei veritate defendenda, atq; ſeruanda: Quibus ira perciti Arianæ perfidiæ defenſores,illud cum Imperatore Ariano efficiunt, vt Gregorius,vir tãtus, nimium ſibi ipſis aduerſans, Ciuitate ſua pulſus, miſſus ſit in exilium. Verùm quoniam aliquis callidi ingenij fortaſsè dubitaret, & dubitando quæreret,ſub qua nam perſecutione exulare coactus ſit admirabili pietate Gregori⁹ Sanctus. Hinc optimum fore duxi; ſi inſigniores in Eccleſiã perſecutiones, ex approbatiſsimis auctoribus ſelectas, tantiſper attinxero. Prior igitur Eccleſię perſecutio ea eſſe dicitur, quæ ſub Nerone, Romanorum Imperatore ſexto, omnium quidem iudicio homine perditiſsimo, hominumq; flagitioſiſsimo, facta eſt, ſub quo miræ ſanctitatis tùm Fœminæ, tùm Viri fortiter ſubiere martyrium, & pręſertim duo illa Apoſtolici collegij lumina,Petrus vid.Chriſti Vicarius,& Paulus gẽtium egregius pr̄ędicator, nouiſſimo ſui Imperij anno; Cuius inſuper perſecutionis cauſa martyrio coronatus eſt Linus

Eius virtutes.

Eccleſiæ prior perſecutio ſub Nerone.

Etru-

Etruſcus à Saturnino Conſule omniũ ingratiſsimo, cum eius filiam à dęmone liberaſſet tempore Veſpaſiani Imperatoris Romanorum decimi. Quippè qui Linus ſecũdus poſt Petrum gubernauit Eccleſiã, S. Hieronymo auctore. Et licet Clemens à B. Petro Apoſtolo Pontifex, & Chriſti Vicarius poſt eum relictus ſit tamẽ & humilitatis gratia, & grauioris ætatis ſtudio, & Linum Etruſcum, & Cletum Romanum, Viros ſanctiſsimos, primo Eccleſiæ Dei voluit prçeſſe. At Nero ſęuiſsimus ſuæ impietatis pœnas ſuſtituit, nã à Senatu conquiſitus ad necem, ſe ipſum pugione interemit. Secunda perſecutio habita fuit ſub Domitiano, decimo, & ipſo Romanorũ Imperatore, Veſpaſiani filio, ac Titi Imperatoris Germano; ſub eo Cletus Romanus Põtifex poſt Linum, Patre Aemiliano de regione Vico patritij, martyrij corona augetur. Quin potius & parentis, & Fratris, natu maioris, debuit exẽpla ſectari, quorum vterq; in nullo in Rempublicam ſęuiſſe dicitur, id, quod prçcipuè de Veſpaſiano Euſeb. lib. 2. Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ teſtatus eſt: At, cõſpiratione in eũ facta, necatur. Tertia perſecutio Eccleſię extitit ſub Traiano, quartodecimo Imperatore Romano, qui, Clementem poſt Cletum Pontificem, doctrina, ac vitę ſanctitate multos ad Chriſti fidem conuertiſſe intelligens, in Lycię inſulam relegatum, alligata ad eius collum anchora, in maris profũdum deiici imperauit. Sub quo

Sãcti Lini martyriũ.

2. Eccl. perſecutio.

Sãcti Cleti martyrium.

inſu-

inſuper, præ aliis, Ignatius Epiſcopus Antio chenus, & Simeon Epiſcopus Ieroſolymitanus paſsi ſunt: Verum Traianum poſtea veneno affectũ exiſtimabant multi ſcriptores, auctore Petro Meſsia. Quarta Eccleſiæ perſecutio ſubſequitur ſub Marco Aurelio, qui & Philoſophus à quibuſdam dicitur, decimo ſeptimo Imperatore Romano, & Lucio Cõmodo Vero Collega; ſub horum ditione Ani cetus Syrus martyrium ſumpſit, in cuius locum deinde Sother ſucceſsit. Quinta exinde venit perſecutio, Septimio Seuero vigeſi mo primo Romanorũ Imperatore, quo tempore, vt nonnullis placet, Victor Africanus, Vir quidem Sanctiſsimus, ſpiritum Deo red didit, in cuius locum Zepherinus Romanus ſuffectus eſt. Et meritò Imperator iſte Septi mius Seuerus dictus eſt, ad differentiam illius Alexandri Seueri, qui non modo Chriſtianos nulla iniuria affecit, ſed eorum cuilibet facultatem prę ſtitit, vt Chriſtianus ſuo libito fieret; Imò, Petro Meſsia Auctore, in ſuorum Deorum templis, & D.N. Ieſu Chriſti, & Abrahã Patriarchæ Imagines aſſeruare ſolitus erat. Sexta Eccleſiæ perſecutio ſuborta eſt tẽpore Maximini vigeſimiſexti Romanorum Imperatoris, ſub quo nouiſsimo ſui Imperij anno Pontianus Romanus in Sardinię inſula, quò per Sacerdotes, Idolorum cultores, Imperatore Alexandro Seuero, in exiliũ deiectus fuerat, vt aliqui volũt, ad dignitatem põtificiam martyrij coronã

adiun-

Traiani mors.

4. Perſecutio Eccleſię.

5. Eccl. perſecutio.

Alexãder Seuerus fuit Chriſtianorũ amator.

6. Perſecutio.

adiunxit. Septima dehinc perſecutio ſub De- 7. Eccleſi. perſecut.
cio, trigeſimo Imperatore Ro. acta eſt: Quo
ſęuiente, Fabianus Romanus ob catholicæ
fidei defenſionem in foueam, aqua plenam,
demerſus, martyrium fortiter ſubiuit. Octa- 8. Perſecutio.
ua perſecutio à Treboniano Gallo, trigeſi-
moprimo Imperatore Rom. qui poſtea ab
inimicis interemptus fuit, commota eſt; ſub
eo Cornelius Romanus, qui Fabiano ſucceſ-
ſerat, exilio primò mulctatus, dehinc carce-
re maceratus, poſtremò martyrium conſum-
mauit. Nona perſecutio excitata eſt à Vale- 9. Eccl. perſecutio.
riano, trigeſimo tertio Romanorum Imper.
ſub quo Lutius, atque Xyſtus ſecundus Ro-
mani pōtifices libētiſsimè dato capite, mar
tyrio coronantur; At ipſe à Perſis captus,
necatus eſt. In decima Eccleſiæ perſecutio-
ne, per Aurelianum Imperatorem Romanũ 10. Perſecutio.
trigeſimumſeptimum inuenta, Dionyſius,
cuius patria ignoratur, martyr, vt Platinæ
placet; vel confeſſor, vt F. Onuphrio admo-
dum Reuerendo Panuinio Veronenſe Augu
ſtinianę familiæ alumno videtur, occubuit;
ſed Imperator Fulgure à Deo percutitur.
In vndecima perſecutione Eccleſiæ, inter
quas ſęuior poſt Neronem nullo vnquã tem- 11. Perſecutio.
pore habita eſt, ſub Diocletiano, Imperato- Decem, &
re Rom. quadrageſimoſecũdo, ac Maximia- ſeptē mil-
no in Imperiali dignitate collega: Quo tem lia intra
pore Caius, Dalmata, ex Diocletiani fami- vnū menſem mar-
lia, vnà cum Gabino fratre, & cum Suſanna tyrio co-
eius nepte, martyrium ſumpſit. Huic ſucceſ ronantur.
ſit

ſit Marcellus Romanus, qui primo immanē Diocletiani perſecutionem humano timore formidans, Deos colere, & eorundem ſimulacris thus adhibere eſt auſus: ſed mòx iniquitatem ſuam recognoſcens, coacto cētum octuaginta Epiſcoporū Concilio, Sinueſſam cilicio indutus venit, errorem ſuum in medio Concilio confitens, quorum nullus illorum patrum damnauit, ſed ſibi ſoli patrati ſceleris relinquitur pœna ſubeunda. Quarè Romam reuerſus, & Diocletiano cōſultò obuiam factus, ac illi impietatem ſuam exprobrare non deſinens, iubente Imperatore, capite plectitur: At Diocletianus ipſe vel venenatus, vel inſanus moritur. Adeſt & perſecutio duodecima ſub Maxentio tyranno, & Marco Licinio, qui tempore Cōſtantini magni, de Eccleſia benemeriti, Imperatores ſunt appellati, quorum vterque Chriſtianorum extitit perſecutor, ſed iſte à Conſtantino gladio perfoditur, & ille, diuino iudicio in Tyberim merſus, interiit.

Marcellus primo ldolatria timore veneratur.

Marcellus reſipiſcit.

Mors Diocletiani.

12. Perſecutio.

Verùm cur inter ſęuiſsimas perſecutiones non enumeretur ea, quæ per Iulianum apoſtatā ſurrexit; Quippè qui fidei noſtrę Chriſtianę, tamquàm ingratiſsimus, atq; hominum impiiſsimus, renunciauit. Hunc, qui Chriſtianorum, aduerſus eorum perſecutores, debuit ſumere patrocinium, tormenta exquiſita, quibus diutiſsimè, ac ſęuiſsimè, qui Chriſti fidem tutati fuiſſent, torquerentur, excogitaſſe perhibetur. Tēpore Iuliani

huius,

huius, Imperatoris quadrageſimi ſexti, ſummus Pontifex Liberius Romanus ceſsit è vita, qui quidem à Conſtantio ſecũdo, Magni Conſtantini filio, Arianorum fautore, in exilium pulſus fuerat, quiq; Conſtantius Iulianum, ſibi conſobrinum, Cęſarem delegit, dũ adhuc viueret, ac Romæ regnaret. Decimã quartam perſecutionem ortum habuiſſe fertur à Valente, improborum teterrimo duce, piiſsimi Viri Valentiniani, huius nominis primi, fratre, Imperatore quadrageſimo octauo; Quo tempore, cum Valens Arianis, & ipſe arianus effectus, faueret, multos Sanctorum Virorum morte affecit, alios exilio mulctauit, in quorum numero duo illi Sanctiſsimi Viri Germani extiterũt, Gregorius Nyſſenus, & Baſilius magnus, qui etſi re vera exilium minimè paſſus ſit, quod Gregorius frater pertulit, non id fuit Valentis pietate, ſed miraculorum magnitudine effectũ, nam tribus adhibitis calamis, ad perſcribendum exilij impium decretum, eorũ nullus repertus eſt, qui redderet atramentũ. Deinde ſella, in qua Valens ad id perficiendũ ſederet, funditus comminuta eſt, & cõfracta, ac eius dextera, neruis omnibus diſſolutis, vniuerſa repente contremuit. Quarè miraculorum præſtantia commotus Valens à ſententia, de eiiciendo tanto Viro in exiliũ, deductus eſt. Reperitur & decimaquinta (vt pleraſque alias præter eam, perſecutio, quam perpeſſa eſt Eccleſia Dei ſub Leone tertio, Romano-

14. Perſecutio.

15. Perſecutio.

rum Imperatore ſeptuageſimoſecundo, qui Eccleſias ſua impietate ſpoliandas, ac ſacras Imagines igni comburendas mandauit, Gregorij ſecundi, & tertij ſanctiſsimorum Virorum tempore. Ex his igitur liquidò conſtat ſub qua perſecutione exulare coactus ſit tantus Vir Gregorius, qui multorũ perſcripſit vitam Sanctorum, nempè S. Gregorij Thaumaturgi, B. Theodori martyris; Item alterius Theodori militis, & martyris, S. Macrinę Virg. S. Meleti Ep. Antiocheni, & aliorũ.

Opera S. Gregorij. Sermonem prætereà de occurſu Domini, & Deiparente, & iuſto Simeone compoſuit. Qui demum multis pro Eccleſia impenſis laboribus, fidei, charitatis, & abſtinentiæ documentis clarus effulſit, ac Nyſſæ ſpiritum exhalauit. (S. Gregorij beatus finis.) Ex cuius Viri ſanctiſsimi vita licet plura poſsint documenta hauriri, illud (Documẽtum.) præ cęteris videtur eſſe ſumẽdum, quod de abſtinentia, quam imitemur, relictum eſt. De ea ſiquidẽ famoſiores protulere ſententias Sācti Patres, vt ex Venerabili Beda colligitur eo ipſo in loco, in quorũ numero eſt. S. Pater Auguſtinus, S. Gregorius, S. Ambroſius, S. Baſilius, Iſidorus, atq; Cæſarius. Ait igitur S. P. Aug. (S. Aug.) Nihil prodeſt tota die longum ducere ieiunium, ſi poſt ciborum ſatietatem, vel nimietatem anima obruatur; Sit ergo temperatus cibus eſcę, & irrigata corporis noſtri terra ſpinas libidinum non germinabit: (Idem.) Qui rurſus ait, Qui non poteſt ieiunando curari, poteſt eleemoſynam dando redimi,

dimi, bonum eſt.n.ieiunare, ſed melius eſt eleemoſynam dare,& ieiunium cum eleemoſyna duplex eſt bonum: Et s. Gregor. Cum mens de præcepto charitatis tẽditur, reſtat proculdubio, vt per abſtinentiam caro maceretur; Qui etiã ait, Admonẽndi ſunt abſtinentes, vt nouerint, quia tunc, placẽte Deo, abſtinentiã offerunt, cum ea, quæ ſibi de alimentis ſubtrahunt, indigentibus largiũtur. Et Ambroſius Sanctus, Abſtinentia ciborum ſola non ſufficit, niſi opera bona ei iũgãtur; Qui rurſus, Ille abſtinens Vir credendus eſt, qui vitiorum omniũ liber effectus eſt. S.quoque Baſilius, Corpus exerceamus ieiuniis,& mentem purgemus à vitiis, nihil.n.prodeſt vẽtrem ab eſcis reſecare,& animam obruere paſsionibus. Iſidorus item inquit, Qui à cibis abſtinent,& prauè agunt, dęmones imitantur, Illi autem à cibis benè abſtinẽnt, qui à malis actibus, vel à mundi ambitione ieiunant. Tandem Cæſarius, Quid prodeſt, ſi carnem noſtram ieiuniis,& vigiliis affligamus, & mentem noſtram non emẽdemus, aut, quę interiora ſunt, non curemus? S.Greg. S.Amb. Idem. S.Baſil. Iſid. Cęſar.

DE MORIBVS, ATQVE ELECTIONE *in ſummum Pontificem Gregorij noni ex Petro Meſſia, ex R.F.Onuphrio Panuinio, & Platina.*

LAVDE ſiquidẽ plurima dignus eſſe videtur filius Achaz Regis Iudę Ezechias,

quemadmodum ex ſcripturis ſanctis accipimus, nā inter cætera, eius geſta, quæ Deo maximoperè placuere, illud caput eſt, quòd primo ſui regiminis anno, & menſe, patre eius mortuo, Domini templum inſtaurandum curauit, ita enim 2. Paralipomenon lib. legitur, In ipſo anno, & menſe primo regni ſui aperuit valuas domus Domini, & inſtaurauit eas. Et cuinam dubiū eſſe poterit, quin illud à Gregorio nono factum fuiſſe videamus? Quippè qui templum Sanctum, imò Vrbem vniuerſam, ab infidelibus pollutam, quantū potuit nixus ſit liberare, vti ex conſequentibus ſatis commodè apparebit. Henricus igitur Anagnæ, quæ olim Hernicorum in Latio Ciuitas dici conſueuerat, vbi Marcusantonius, Octauia vxore nobiliſsima, Octauiani Augusti ſorore neglecta, Cleopatram Aegypti Reginam in vxorem duxit, ſummo loco natus, vt puta ex Illuſtriſsima Comitum familia, eius vitæ, morumq; integritate, doctrina, ac prudentia cognitis, Honorio tertio ſummo Pont. vita perſuncto, omniū conſenſu Pontifex deligitur, Fœderico ſecundo Romanorum Imperatore. Hic prædeceſſorū ſuorū, & præſertim Gregorij octaui ſummi Pontificis, necnon & Innocentij tertij, Viri quidem doctrina, ac vitæ probitate celeberrimi, eius patrui, èxempla ſecutus, ſuſcepto munere paſtorali, mòx Fœderico Imperatori, primo ſuadendo, dehinc ſub Cenſurarum pœna præcipiendo, vt, quod de recu-

Figura.

Paralip. c. 29.

Gregorij Patria.

Greg creatur Pōt.

cuperandā Ieroſolymorum poſſeſsione, vouerat, quodquè Imperatorem, verè Chriſtianum, deceret, valido coacto exercitu, perficiendum curaret. Copiis igitur comparatis mandat Fœdericus, vt Brunduſium verſus ſe conferrent, eumq; ibidem expectarent, quò primo quoq; tempore ſe collaturum pollicebatur, non tamen deſiderio Ieroſolymā proficiſcendi: Quod poſtea re monſtratum eſt, nam toto æſtatis tempore in Inſula Siciliæ diuerſans, in cauſa fuit, vt exercitus Brunduſij morbo afficeretur, quo factum eſt, vt maxima militū pars mori cogeretur, inter quos è Germaniȩ regione extitit Lācrauius, Aſiæ potentiſsimus. Demum iterum à Gregorio, Chriſti Vicario, monitus Fœdericus, Brunduſium, & Cyprum vſque pergit, at ne Ieroſolymā peteret, ſemel, atq; iterum ſe morbo laborare ſimulat. Quarè Gregorius, Imperatoris immoderato animo perſpecto, eum à fidelium communione ſeiunxit. Tunc Fœdericus (quod etiam Honorij tempore effecerat) ad bona Eccleſiȩ diripienda ſe conuertens, duos cōſtituit Duces, quorum alterum quædam Marchiæ loca, alterum verò Fulginas in Vmbria, præoccupare miſit: Quo audito, Gregorius vir maximè prudens, comparato exercitu, per Iohannem Ieroſolymitanȩ Vrbis regem, quem ante prȩelegerat, vt Rauennas cū poteſtate aduentaret; & per Illuſtriſs. ac Reuerendiſs. Cardinalē Columnam omnia à Fȩderici Ducibus occupata lo- Liberat Eccleſiȩ bona Gregorius.

ca ex obſidione exemit. Interea facti pœnitẽs Fœdericus ab excommunicatione abſolutioné conſequitur, redditis in primis, pro iniuriis plurimis Eccleſiæ illatis, auri centũ viginti millibus vnciarum. Verùm, tamquã optimus Pontifex, & pro Eccleſię, & populi libertate laboré vllum ſubterfugere nolens, allato nuncio, Peruſium, videlicet, Vrbem ab exulibus fuiſſe obſeſſam, eò aduolare cõtendit, Ciuitatem illam ex eorùm manibus erepturus. Quo tempore Hannibal de Hannibalis Vrbis Romę populum ſubuertere nixus eſt, quo ad Gregorium delato, Vrbe Peruſiæ liberata, Romam venit, vbi populo iniurias omnes remittẽs, Hannibalem ipſum, populi ſubuerſorem, Senatorio ordine priuauit, ac non multò poſt flumine Tyberino aquarum copia inundante, peſtilentiaq; Romę ſuborta, maior ciuitatis pars deficit. Hoc viro integerrimo Põtifice, Soldanus per Nũcios pacem tentare aggreditur, ſed eũ Gregorius nullatenus audiendum eſſe decreuit, quinimò immiſit & Sancti Dominici, & S. Franciſci per vniuerſę Europæ partes Fratres, qui Cruciatam (vt dicunt) aduerſus eum prædicare non deſiſterent; Quo illud effectum eſt, vt Chriſtianorum Principes pleriſq; quàm celerrimè Conſtantinopolim vſque peruenirent. Neque dehinc labor eius rei vlli defuit, ſi animaduerterimus, nam Fęd ericum ipſum, iterum, promiſsis nullo modo ſtantem, ſed ad Eccleſiæ detrimenta conuerſum,

Abſoluitur Fœdericus.

Proficiſcitur Peruſium Gregorius.

Roma peſtilentia premitur.

Nõ audit Soldanũ, imò caſtra cõtra eũ mouet

uerſum, rurſus anathematis vinculo obſtringit. Quo commotus Fœdericus, in inſania perſeuerãs, illud molitus eſt, vt partes, adeò mundo obnoxiæ, & Guelpha, & Ghibellina, ortum habuerint; cuius rei cauſa Ciuitates pleræq; ab Eccleſiaſtica ditione defecerũt; quin potius ob eam cauſam vniuerſa Romana Ciuitas commota eſt. Tunc Gregorius pietate actus, Diuinituſq; afflatus, vt multitudinem populi cõmotam ſedaret, Sanctorum Apoſtolorum, Petri, & Pauli Reliquiis populo publicè monſtratis, atque in primis habita oratione, & coacta Synodo apud Lateranum in Fędericum, non ſolum populum Romanum tumultuantem vndique reddidit pacatũ, verùm etiam eũdem ad arma ſumenda, cõtra Fœdericum, quem Romam valida manu aduentare audierat, impulit; Quo effectum eſt, vt eum ſine honore ab Vrbe Roma Romani reiicerent; Ex quo Gregorij animi magnitudo, & conſtantia effulſere omni tempore. De huius Viri pietate ſi mihi eſſet dicendũ, admirarentur profectò vniuerſi, qui geſta illius audirent, nam Vrbem Romam ſemel, atq; iterũ reſtaurandã curauit; Qui etiam librum Decretalium compoſuit. Pietas ipſius tùm maximè enituit, dum Reate, quò animi gratia perrexerat, corpus S. Domini retulit in Sanctorum numerum, ſic Spoleti S. Antonij, Paduæ vitâ perfuncti, & ab Vlixipona Vrbe oriundi; Item S. Heliſabeth Regis Hungariæ, aliàs Pannonię, filiæ.

Fœderici opa partes Guelpha, & Ghibellina inſurgunt.

Gregorij prudētia.

Pietas Gregorij.

Trãslatio glorioſiſſimorũ Sãctorũ Dominici, & Franciſci. Huius prçterea Pontificis tempore Bononię S.Dominici conf.in eadem Eccleſia tranſlatio honeſtiori loco celebrata eſt non.Cal.Iu. Aſsiſij præterea eodẽ modo S.Franciſci cõf. tranſlatio ad Eccleſiã S.Georgij octauo Cal. Iunij. Gregorij charitas. Quãtę inſuper charitatis extiterit, ex eo facilè colligitur, quod Ianuenſes, ac Venetos, inter ſe diſsidentes, pacatos effecit. Nunciis inſuper ad eum perlatis Regis Tuniſij Germani, vt ſacro baptiſmatis fonte perungeretur, Cardinales, alioſq; Eccleſiæ Prælatos eò repentè miſit, ſed eos Fœdericus adortus,in itinere captos, apud ſe retinuit, atque à Baptiſmi ſuſceptione eundem Regis Tuniſij fratrẽ per literas auocare ſtuduit. Quibus auditis, Gregorius ſuę pietatis, ac charitatis pro fide catholica propaganda minimè voti cõpos effectus,moleſtia ingenti actus, laboribus, & ærumnis confectus nõ multò poſt, cũ Dei Eccleſiam annos quatuordecim,ac mẽſes tres ſanctiſsimè gubernaſſet, è vita migrauit anno ab Orbe redempto milleſimo ducenteſimo quadrageſimo primo, cũ anno milleſ.ducent.vigeſimo ſept. paſtorale munus ſubeundũ acceperit.

Greg. dolore Dei zelo ceſſit è vita.

Documẽtum. Ex Gregorij noni Pontificis optimi electione ratione, & cauſa Fœderici Imperatoris à Gregorio ipſo bis anathematizati doceamur de cętero in timore Domini ambulare, de quo princeps Apoſtolorum Petrus, 1. Pet. c. 1. & c. 2. In timore incolatus veſtri tẽpore conuerſamini,Deum timete, regem honorificatè. Et

Pau-

Paulus Apoſt. ad Rom. ſcribens inquit. Non enim accepiſtis ſpiritũ ſeruitutis iterum in timore, ſed accepiſtis ſpiritũ adoptionis filiorum Dei, in quo clamamus, Abba pater. Salomon quoque, Timor Domini fons vitę, vt declinent à ruina mortis. De huiuſmodi ſancto Domini timore Sancti Patres, vt S. Pater Auguſtinus, S. Gregorius, S. Hieronymus, & S. Ambroſius verba plurima fecerunt, vt ex Venerab. Beda colligitur. S. igitur Aug. ait, Timenti Dominum non occurrunt mala, ſed in tentatione illũ cõſeruabit, & liberabit à malis: Qui etiã, Timentibus Deũ beata eſt anima, & oculi Domini ſuper timentes eũ; Qui demũ, Timor Domini eſt, non deſpicere hominẽ mendicum, & pauperem: Et S. Greg. Vbi timor non eſt, ibi vitæ diſſolutio, ibi ſceleratio. S. quoque Hieron. Nulla res nos ſeruat à peccato immunes, ſicut timor ſupplicij, & amor Dei. Tandem S. Amb. Qui timet Deum, declinet ab errore, ad virtutis ſemitam vias ſuas dirigit.

Rom. c. 8. Pro. c. 14. S. Aug. Idem. S. Greg. S. Hier. S. Amb.

DE MORIBVS, ATQ. BEATO FINE S. Gregorij Martyris & Epiſcopi Cæſarienſis doctrina, & ſanctitate celeberrimi, ex Martyrologiis, & grauiſſimis auctoribus.

PRAE cęteris, quæ in ſuis Epiſtolis egregius Verbi Dei Prędicator Paulus Apoſt. documenta præbet, illud maximi ponderis

eſſe

eſſe videtur, quando ad Titum ſcribens, Hęreticos ſemel, atq; iterum à ſe monitos, deuitandos eſſe ipſum commonefacit in hęc ipſa verba, Hæreticum hominem poſt vnam, & ſecũdam correptionẽ deuita, ſciens quia ſubuerſus eſt, qui eiuſmodi eſt, & delinquit, cũ ſit proprio iudicio condemnatus. Hanc dehinc ſeruauit correptionem Gregorius Sanctus, quem morum probitati, & vitæ ſanctitati à prima ætate ad vltimã vſq; ſenectutẽ inſeruiſſe perhibetur. Verùm adoloſcens, cum ingenij docilitate præſtaret, à liberalibus diſciplinis ad ſacrarum literarum ſtudia ſe cõuertit, vnde breui ad eam peruenit doctrinę præſtantiam, vt eum nullus ſuæ ætatis vllo pacto ſuperauerit. At cum Religionis deſiderio teneretur, Religioſus efficitur. Dehinc eius sãctitate, ac doctrina cognitis, Cæſareæ Epiſcopus præficitur; Quo in paſtorali munere vitę exemplo, moribus, doctrina, atq; aſsidua prædicatione, quæ ſunt optimi Paſtoris munia, proprias oues, ſibi cõmiſſas, in via Dei ambulare docuit, ſed illud mirabile eſt ſuper prudentia eius, & doctrina, quòd Dionyſij ſummi Pont. & Claudij ſecundi Romanorũ Imp. temporibus effecit; Nam Paulum Samoſatenum, Antiochenæ Eccleſiæ Epiſcopum, Artemonis hæreſim, Chriſtum Ieſum Dominum noſtrum, Dei Patris omnipotentis Filium eſſe negantis, ſimul atq; dicentis, eum purũ eſſe hominem, atq; à Virgine Dei genitrice Maria ori-

ginem

Paul. Ap. ad Ti. c. 3.

S. Gregor. fit Epiſc.

Officium Paſtoris.

ginem duxiſſe,excitare nitētem, Antiochię in Synodo,ibidem plurimorū Epiſcoporum coacta,Sācti Patres,in primiſq; & præcipuè Gregor. S. reprobarunt,vt videre eſt in vita eiuſdem Dionyſij, qui ſenio confectus cū illi eidem Cōcilio intereſſe nequiuerit,à Maximo Alexandrino Epiſcopo vberius vniuerſa,quæ ibidē geſta fuerant,edoctus eſt.Cęſareā demū Greg. reuerſus & verbo, & ſcriptis hęreticos nullo loco paſſus eſt cōſiſtere. Quarè eum Ieſum Chriſtum liberè prędicātem, ac eius fidē conatibus omnibus defendentem,pluribus petitus inſidiis,aliquando Chriſtiani nominis perſecutores , hęretici ipſi, martyrio affecerunt. Hinc tot,tantiſq; meritis cumulatus in Cœlum aſcendit,Deo, optimo, maximo, qui trinus, & vnus eſt; Vnus in eſſentia, & Trinus in perſonis, per æterna ſęcula fruiturus, quem pietate, qua ſemper floruit, pro nobis ſuppliciter rogare dignetur,vt poſt mūdi huius pericula,æquo animo Dei gratia tolerata, ad cœleſtia regna prouecti,in Domino perpetuò quieſcamus, quod nobis concedat, qui ſine fine viuit, & regnat. Amen.

Greg. vexat hæreticos ī Cō cil. Antiocheno.

Martyriū S. Gregor.

S. Gregorij obitus.

Ex his ad tentationes, & martyrij perſecutiones perferendas euocamur, vt ad gaudia cœleſtia ſuo tempore peruenire mereamur, propterea Dominus in Euangelio inquit, Beati, qui perſecutionē patiuntur propter iuſtitiam,quoniam ipſorum eſt regnum Cœlorum. Doctores quoq;, & Sancti patres

Documentum.

Mat. c. 5.

de

de his locuti ſunt, quemadmodum. P. Auguſtinus, S. Gregorius S. Hieronymus, S. Cyprianus, & Origenes, vt habetur ex loco Venerabili Bedæ. Pater igitur Auguſtinus ait, Omnis homo, qui alium in corpore perſequitur, prius ipſe in corde perſecutionē ſuſtinere cognoſcitur: Et S. Greg. Quàmuis occaſio perſecutionis non deſit, habet tamē & pax noſtra martyrium ſuum, quia etſi carnis colla ferro non ſubdimus, ſpirituali tamen gladio carnalia deſideria in mente trucidamus. Qui rurſus inquit, Nunquam.n. diabolus aduerſus hominem iuſtum pugnare ceſſat: Et S. Hier. Non ſolum effuſio ſanguinis in confeſsione reputatur, ſed deuotæ mētis immaculata ſeruitus quotidianū martyrium eſt: Qui etiam, Non timeamus malorum perſecutorum ſæuitiam, & blaſphemantium rabiem, quia veniet dies Iudicij, in quo noſtra virtus coronabitur, & eorum ſęuitia punietur. Hinc S. Cyprianus, Quanto maior fuerit perſecutionis iniuria, tanto iuſtior fiet, & grauior perſecutionis vindicta. Origenes deniq; dignam ſe protulit ſententiam, ait.n. Qui benè exit de tentatione, & quem tentatio probabilem reddit, iſte venit ad ſanitatem Iudicij; Qui item infert, ſi ergo videris perſecutorem tuum nimium aliquando ſęuientem, ſcito quia ab aſcenſore ſuo dęmone perurgetur.

S. Auguſt. S. Greg. Idem. S. Hier. Idem. S. Cyp. Origen. Idem.

DE

DE ELECTIONE GREGORII DECIMI, *ex Petro Meſſia, ex Panuinio, & Platina.*

DIVINO actus ſpiritu Paulus Apoſtolus, dum ad Philippenſes ſcriberet, præ cæteris documentis, quæ eis obſeruanda propoſuit, illud potiſsimũ extitit, vt ſe Deo gratos exhiberent pro accepta gratia, quin potius in eum crederent, & demùm aduerſa, & minus ſecunda in gratiam ipſius æquanimiter paterentur, eiuſdem Pauli paſsionum, ac perturbationum in hoc exempla ſecuti, idq; in huiuſmodi verba contexuit, Quia vobis donatum eſt pro Chriſto, non ſolum vt in eũ credatis, ſed vt etiam pro illo patiamini, idẽ certamen habentes, quale & vidiſtis in me, & nunc auditis de me; Id, quod Gregorium decimum verè effeciſſe comprehenditur, ſi ipſius vitam, & tempus omne, quod in paſtorali munere conſumpſit, animaduertatur à nobis. Clemente igitur quarto eximię virtutis, & vitę probitatis Viro ex hominũ conſpectu erepto, poſt bienniũ, & menſes nouẽ expletos Theobaldus, patria Placentinus, è nobiliſsima Viſcontia familia, Leodienſis Archidiaconus, Cardinalibus omnibus in vnitatẽ coeuntibus, maximeq; Beato Bonauentura ordinis fratrũ obſeruantiæ tunc Generale hortatore, in locum Clementis Viterbij Cal. Septembris ſuffectus eſt, anno natiuitatis

Phil. c. 1. in fine c.

Clementis 4. Pontificis obitus.

Cardinalis Theobaldus creatur Pontifex.

uitatis Dñi milleſimo ducenteſimo ſeptuageſimo primo, eius vitæ probitate antea cognita, quo tempore in Aſia aduerſus Saracenos Legatione perfungebatur, atq; Gregorius decimus appellari voluit. Euocatus igitur ex Aſia, Viterbium mòx ſe contulit, deinde vnà cum Cardinalibus Romam venit, vbi ſexto cal. Aprilis corona donatur. Suſcepto igitur paſtorali munere, in eo ſtudium ſuum omne fixit, ac locauit, vt Eccleſię omni ex parte prouideret, reuocaret errantes, & nutantes confirmaret. Hinc Eccleſiæ rebus quibuſdã compoſitis, ac inter Venetos, & Ianuenſes, ad inuicẽ ſæuiſsimè digladiantes, pace quinquennij ſpatio, aſtante Philippo Gallię rege, inita, Conciliũ, cui intereſſe voluit, Lugduni quàm celerrimè celebrandũ indixit. Lugduni igitur coacta Synodo, mirabilia profectò ſunt, quæ ibidem ſancita fuere, prçſente Paleologo Græcorum Imperatore, quorum potiſsimũ illud caput eſt, vt Græci, à Latina Eccleſia deficientes, in vnitatem fidei coirẽt tertia decima vice. Aliud caput eſt, quod in eadẽ Synodo plurima ad fidei integritatem, & morũ diſciplinam pertinentia, ita ad Saracenos, alioſq; Chriſtiani nominis inimicos infeſtandos ſtatuta sũt, & deliberata. Tertiũ illud extitit caput, quod quidẽ non modicæ vtilitatis fuit, & animaduerſionis pro Eccleſia Dei, nam cum Gregorius nimiã in Põtificum creatione temporis prorogationem animaduerterit, & eã præcipuè,

Theobaldus vocatur Greg.

Cõc. Lugdunenſe.

Grçci conueniũt cũ Latinis.

Quæ item in Cõc. eodẽ ſancita fuere.

puè, quę inter Clementis quarti, ſibi immediatè prędeceſſoris, obitũ, & ſuam electionẽ, vt puta duorum annorum, & menſiũ nouem ſpatio, interceſſerat, ſtatuit, ac decreuit perpetuis futuris tẽporibus, vt, mortuo Pontifice, Cardinales omnes in Conclaui honeſtiſsimè detinerentur, neq; inde abirent, niſi nouo Pontifice præelecto, id, quod, tamquàm nõ mediocre laude dignum, ad noſtra vſque hęc tẽpora perdurare cõſueuit. Quantę præterea cõſtantię extiterit optimus iſte Põtifex, ex eo colligitur, quod Florentinos, partem Guelpham tutantes, & ob eam cauſam è Ciuitate Florentia Ghibellinos, quos ipſe in eam ipſam Vrbem reduxerat, exturbare conantes, imò detrudentes, interdicto mulctauit. Neq; ſilentio eius integritatem prætereamus, cum etenim Alphonſus, vlterinris Hiſpaniæ Rex, coràm de Gregorio cõquereretur, eò quod Rodulphum, Aſiæ Comitem, ad dignitatem Imperatoriã prouexerit, ſe ipſo reiecto, tãta eloquentia, rationibus, atq; verborum vi eum conuicit Gregorius, vt illum ſibi aſſentiri coegerit. Illud quoque aſpernendum non eſt, quod cum humana deſpiceret, valdèque amaret cœleſtia, adeò humanus, adeò modeſtus, adeòq; beneuolus non modò egenis, & pauperibus, ſed etiam reliquis omnibus fuit, vt omnium pater, & verè patronus meruerit appellari. His igitur, & aliis præclarè geſtis, Lugduno demùm Romam verſum, vt Vrbem Florẽtiam,

huius,

Greg. ad tollẽdam electionis Pontificis diuturnitatẽ, Conclaue inſtituit.

Greg. integritas.

Pater omniũ vocatur Greg.

Interdicto obnoxiam, vitaret, Aretium venit, vbi, humaniſsimè exceptus, laboribus, & ęrumnis pro Eccleſia Dei peractis, in morbum incidit, ac non multò poſt ceſsit è vita, cum Eccleſiam Dei quatuor annos, menſes quatuor, ac dies decem ſanctiſsimè gubernaſſet.

Obitus Gregorij

Documentum.

- Mundanam ex hoc curioſitatem effugere, ac nobis ipſis conſulere monemur, Hinc omnium ſapiētiſsimus Salomon, Qui autem inueſtigator malorum eſt, opprimetur. Et ex Venerabili Beda ibidem Eccleſiæ Doctores ſubtiliſsimè de ea diſſeruerunt, vt P. Auguſt. S. Gregorius, S. Hieronymus, S. Ambroſius, demùm Iſidorus. Pater igitur Auguſtinus inquit, O' quàm irreprehenſibiles eſſe poteramus, ſi tàm diligenter noſtra vitia caueremus, ſicut ſcrutamur aliena, ſed hinc eſt, quod noſtra obliuiſcimur, dum aliena ſcrutamur. S. Hieron. etiam, Qui proficere ſtudet, non cōſideret, quod malum alij faciant, ſed quod bonum ille facere debeat. Qui etiā infert, Qui ergo de futuris nos cogitare prohibuit, conceſsit cauere de præſentibus propter humanę vitæ fragilitatem. Et S. Greg. Nec profectò diluere aliena delicta valet, quem adhuc propria deuaſtant. S. quoque Ambr. Tandiù enim quis peccata ſua, quæ cognoſcit, flere debet, quandiù curioſè aliena cōſiderat; Quod ſi mores ſuos ad ſe ipſum cōuerſus aſpiciat, non requirit, quod in aliis ipſe ſpecialiter reprehendat, ſed de ſe ipſo, quod

Salomon. Prou. 11.

S. Auguſt.

S. Hieron.

Idem.

S. Greg.

S. Amb.

Idem.

Iſid.

quod lugeat. Tandem Iſid. Vitia tua, non aliena attende. Idem quoquè, Quod ad te non pertinet, noli inquirere. Idem.

DE VITA, ET MORIBVS, ATQ. BEATO fine Sancti Gregorij Decapolitæ, ex Martyrologiis.

APOSTOLVS ille, & Euangeliſta Iohannes, à Deo maximoperè dilectus, ex diuinis, quas apud Apocalypſim habet, reuelationibus, eam præ aliis admirari geſtio, dùm inquit, quod è fumo quodam, ex puteo promanãte, locuſtæ prodiere, quibus nocendi facultas data eſt ſuper terrã quinq; menſium ſpatio huiuſmodi verbis; Et de fumo putei exierunt locuſtæ in terram, & data eſt illis poteſtas, ſicut habent poteſtatem ſcorpiones terræ, cum reliquis vſquè ad eum locum, ſed vt cruciarentur, mẽſibus quinque; Si, quid ſint ſcorpiones illi, quid itẽ locuſtę, animaduerterimus, facilè huiuſmodi Gregorio Sancto Decapolitę conuenire dignoſcemus. Scorpiones igitur, & Locuſtæ, quibus terræ nocere datum eſt, & permiſſum à ſupremo Iudice quinque menſiũ ſpatio, hoc eſt, vt ei placuerit, nil aliud ſunt, niſi veri Chriſtiani nominis inimici, Hæretici ipſi, quos non gratis, ſed vt fideles probentur magis, in hoc mũdo conſiſtere permittit Diuina bonitas, ita.n. Apoſtolus Paulus docet ad Corinthios ſcribens, dum ait, Nam oportet & hæreſes eſſe, vt, & qui probati ſunt, mani-

Apoc.c.9.

Figura.

Figurę applicatio.

Cor. Epiſ. 1.c.2.

feſti fiant in vobis. Sunt vtique Hęretici (vt paulò ante commemoraui, ſcorpionibus ſimiles) nam veluti animalia eiuſmodi tùm ore, tùm aculeo nocere laborāt, ita, tamquā bis falſarij, in ſtylo, videlicet, & calamo, ſiuè voce, vt optimè, omnibus abſolutus numeris, Tertullianus in quendā, hęretica prauitate infectū, ſcriptū reliquit, nos etenim & falſis ſcriptorum dogmatibus, dolo, & fallacia cōfectis, & vocibus garrulis laceſsire nō deſinunt. Sunt inſuper hęretici ad inſtar locuſtarum, quæ non recto itinere gradientes, modo in hanc, modo in illam partem retrogredi cernuntur; Ita iſti à vero ſacrarū ſcripturarum ſenſu, ac vnanimi orthodoxorum patrum conſenſu, quem Sancta Mater Eccleſia, à Spiritu sācto edocta, ſemper complexa eſt, deficientes, tamquàm ſuæ ſalutis (proh dolor) immemores, Diabolo hærentes, falſas introducūt, ab omni pietate remotas, poſitiones, quæ per tot annos operuerūt terrā. Tempore locuſtarum, & ſcorpionum huiuſmodi, quo ſerpebat hæreſis de non adorandis Sanctorū, ac Sanctarum Imaginibus extitit. B. Gregorius Decapolita, præſtāti prudētia, doctrina, vitæ probitate, pietate, atq; humanitate Vir, qui aduerſus hęreticos, Sanctarum Imaginum adorationes prohibētes, fortiter decertauit, ob quam cauſam mira, & indigna, amore Chriſti incēſus, paſſus eſt ab eis. Et meritò quidem tolerauit probra, ſuſtinuit illuſiones, flagella non timuit, ad coronam

Hęreticorum perfidia.

ronam

ronã ſiquidem peruenire cõtendebat, ſciẽs, quod dicit Apoſtolus ad Thimoth. ſcribens, Nam & qui certat in agone, nõ coronabitur, niſi qui legitimè certauerit: Neq; prętere a ignorans, quod idem ad Hebręos ait, Patientia.n. vobis neceſſaria eſt, vt volũtatem Dei facientes, reportetis promiſsionem. Neque item latebat eum, Dominum aliquando ore proprio dixiſſe, In patientia veſtra poſsidebitis animas veſtras. Ad coronã igitur aſpirabat Gregorius Sanctus, ſed non mũdanas expetebat Coronas glorioſus Chriſti miles, cupiebat vtiq; corona donari, non tamen ea, quæ auro contexta olim Imperatoribus dabatur; Nec ea, quę hedera, Poetis apta: Neq; ea, quæ gramine, quæ nimirum primis, Ciuitatem obſeſſam innadentibus, contribui conſueuerat. Neq; ciuica, quercus foliis circum ornata, quæ iis, qui Ciuem è mortis periculo exemiſſent, donabatur pro decore: Neq; ea, quæ auro formata, qua decorabantur illi omnes, qui primo Vrbis hoſtium mœnia aſcendiſſent: Non ea, quæ Naualis, aurata in puppi nauis, appellabatur, quã ij, qui Nauim inimicã cepiſſent, vel anchora ſaltem retinuiſſent, afficiebãtur. Neque ea, quæ Caſtrenſis, auro & ipſa confecta, quam noſtra hac tempeſtate Reges, atq; Duces in capite ferre ſolent: Non erat triumphalis S. Gregorij cocorona ex Oliuo, qua, qui prodigiũ aliquod egiſſent, coronabantur: Neque demum fortiſsimus Chriſti athleta ad oualẽ ex myrtho

Thimot. 2. Epiſt. c. 2. in fine.

Idem ad Heb. c. 10.

Luc. c. 21.

Corona graminis.

Corona quercus.

Corona aureata.

Corona naualis.

Corona caſtrẽſis.

Corona triumphalis.

Corona oualis.

aſpirabat coronã, quæ illis, qui rem aliquã, admiratione dignam, operati fuiſſent,præparabatur, ſed ad coronam ſanctitatis aſpiciebat,ad gloriæ coronam,ad coronam tandem de lapide prçcioſo omnibus conatibus rapiebatur Vir Sanctus: Hiſce igitur,proximè habitis, coronis auctus eſt, atquè ſimul ornatus Gregorius Sanctus, qui demùm plurimis,ob catholicæ fidei defenſionem, fortiſsimè toleratis ærumnis, vigiliis, ac laboribus affectus, Cònſtantinopoli duodecimo Cal.Decemb.ad Cœlum, vbi triumphat coronatus migrauit, vnde meritò de eo, vnà cum Eccleſia poſſumus Domino Deo noſtro dicere, Gloria,& honore coronaſti eum Domine, & cõſtituiſti eum ſuper opera manuũ tuarum; Et illud, Poſuiſti in capite eius coronam de lapide prçcioſo, quod nobis etiã præſtet,qui viuit,& regnat per ſçcula.Amẽ.

Corona S. Gregorij.

Beatus S. Gregor. finis.

Ex prçcedenti Sancti Gregorij vita exempla bonorum,& geſta,quæ imitemur, quçq; prçterea aliis præbeamus,dignoſcimus,vnde Paulus Apoſtolus ad Timotheum ſcribẽs ait,Exemplum eſto fidelium in verbo,in cõuerſatione,in charitate,in fide,vt profectus tuus manifeſtus ſit omnibus; Et idem ad Titum,In omnibus te ipſum prçbe exemplum bonorum operum. Et ex Ven. Beda eo ipſo in loco accipitur,quid in hac parte dixerint Sancti Patres, vt S. Gregorius, S. Hieronymus, S. Cyprianus, atq; Iſidorus, S. igitur Gregorius inquit,Hi enim,qui exempla vir

Documẽtum. Timoth. Ep.1.c.4. Idem. Tit.c.2. S.Greg.

tutum prętogant, & lumen boni operis per vitam, & verbum iterantibus demonſtrant, iurè lampades appellantur: Qui etiam addidit, Ille igitur modis omnibus debet ad exemplum protrahi, qui cũctis paſsionibus carnis moriens, iam ſpiritualiter viuit. Sanctus quoque Hieronymus, Caue, nè ante magiſter ſis, quàm diſcipulus; ante miles velis eſſe, quàm Tyro; Quarè multo tempore diſce, antequam doceas: Et S. Cyprianus, Ille melius docet, qui quotidie creſcit, & proficit meliora diſcendo; Qui præterea, Nequè enim idoneus poteſt eſſe miles, qui non exercitatus in campo prius fuerit. Iſidorus dequè, Ob hanc vtilitatem ſcribuntur ſanctorum ruinæ, & perditiones, vt ſemper faciant ſalutes animæ humanæ; ſi ergo apti fuimus imitari iniquos in malum, cur pigri ſumus imitari iuſtos in bonum?

Idem.

S. Hier.

Idem.

DE ELECTIONE, ET GESTIS GREGORII vndecimi in ſummum Pontificem, ex Petro Meſſia, Panuinio, & Platina.

MAGNVS ille Vates, Iſaias, Euangelicus propheta vocatus, aliquando ſe à Deo accitum prẹmõſtrat, ab eodemq; illud accepiſſe dicit, vt peccata populi, hactenus cõmiſſa, veluti tuba magna, vocem emittendo, ei nunciaret in hunc ſermonem, Clama, ne ceſſes, quaſi tuba exalta vocem tuã, & annuncia populo meo ſcelera eorum, & domui

Figura.

Iſa. c. 58.

 Iacob

Iacob peccata eorum. Et quis eſt, qui verba huiuſmodi, à Deo Iſaię reuelata, animo perpendens, menteq; peruoluens, cuilibet Verbum Dei annuncianti, omni deniq; oues ſibi creditas verbo Dei paſcenti dicta fuiſſe, & manifeſtata non intelligat? Quod ſi verum eſt, cur Pontifici max. Gregorio vndecimo eadẽ maximoperè cõuenire, imò eidẽ dicta fuiſſe animaduertat? Petrus igitur Belfortis Lemonicenſis Pręsbyter Cardinalis Tit. S.Marię Nouę, Clementis ſexti Lemonicenſis, Pont. max. Viri quidem integerrimi, nepos, Vrbano quinto, & ipſo Lemonicenſe ſũmo Pont. paſtorali munere perfuncto, omnibus annuentibus, Lugduni Pont. max. deligitur milleſimo trecẽteſimo ſeptuag. Carolo quarto Romanorum Imperatore, & Gregorius vndecimus appellatus eſt. Huius viri doctrina, ac ingenij acies quanta extiterit, facilè ex eo cõprehenditur, quod à Clemente iã dicto eius Patruo, dum vix ſeptimũ ſupra decimũ ageret annũ, Cardinalis creatus eſt, atq; mòx Peruſium ſtudiorum cauſa ab eodẽ miſſus, Baldo Iuriſperito celeberrimo virtutibus adeò excultus eſt, vt Baldus ipſe in quibuſdã difficillimis poſitionibus ſtatuendis, atq; firmandis eum in ſuum conſilium adhibuerit, necnon in illis, quod profectò maximoperè mirãdum eſt, eiuſdẽ auctoritate vti minimè ſit dedignatus. Paſtorali ergo munere ſuſcepto, Italiã vniuerſam tumultuãtem, diſsidiiſq; circunuallatã animaduertens, id ſibi

Petr' Belfortis Cardin. creatur Pontifex, & vocatur Gregorius.

Italia plena diſſidiis.

ſibi in animũ induxit, vt nulli parceret labori,modo eã omni ex parte redderet pacatam. In cuius rei gratiam,è Lugdunenſe Ciuitate in Italicam regionem Cardinalem cũ auctoritate maxima miſit, qui cum in eo genere,litium, nempè componendarum, nihil proficeret,ac ſi Apros in mare venari ſtuderet,Lugdunum ad Gregorium ſummũ Pont. reuerſus eſt; Qui,cum, quonã modo,quauè via apud ſe quæreret,Italiã ex diſsidiis ereptã,pacatam efficeret,viſum eſt ei optimũ,ſi ſua reali præſentia præſtare poſſet,& efficere, quod ad finem vſq; Legato perducere nequiuerit. Quarè pręſtanti,qua perpetuò floruit,prudentia Triremes viginti,& vnã quã celerrimè apud Rhodanum flumen extruendas mandauit. Quibus aptatis, aliò ſe conferre ſimulans,Nauim conſcendens,Ianuam venit,dehinc Corythum,& ex inde terra Romã præclarè peruenit Idib.Ian. mill.trec.ſeptuag.ſexto, Vrbe Roma vniuerſa omnibus incedente lętitiis. Hinc mirabile illud effecit, quod Romanã Sedem , & Curiã ex Vrbe Roma antea in Galliã Lugdunũ à Clemente quinto perductã,vbi ſeptuaginta annis permãſit,Romã reduxit.Quãtę cõſtãtię,& fortitudinis præterea extiterit,iã ex eo intelligitur,quod cum Italiã, inter ſe diſsidẽtem, cõciliare nõ poſſet, ad Florẽtinos ea de cauſa Legatũ mittendũ curauit,ſed cũ eos tergiuersãtes à ſẽtẽtia,litis nomine deterrere nõ valeret,anathemate damnauit, vt ſic mulcta

In Italiã mittit Legatum pacis gratia.

Greg.ingenti prudẽtia Romam venit.

Sedẽ Lugduno Romam reportat.

Italiã pacare laborat.

ti, Diuino permoti iudicio, ad inuicē in gratiam redirent. Interea prædeceſſorum ſuorum, qui Gregorij nomine vocati ſunt exempla ſecutus ad reficiendas Eccleſias, ita Vrbis mœnia, aliaq́; id genus ædificia, vetuſtate ceù collapſa, reſtauranda ſe conuertit. De humanitate, vitę, probitate, innocentia, animiq́; docilitate ipſius nihil eſt, vt dicamus, cum his adeo confertus ſit, vt nihil præterea poſſet deſiderari. Verùm, cum adhuc Florentini in ſuis diſsidiis perſiſterēt, quod ſpirituali gladio perficere nō valuit, corporali agere deliberat: ſed interim, cum ad eū delatum eſſet, inter Venetos, & Ianuenſes iterū lites excitatas fuiſſe, inter hoſce, & illos, tamquàm Domini tuba, ſuā emittēs vocem pro cōmuni pace, cōpeſcendū, morbo, puta, veſicæ dolore actus, efflauit animam quinto cal. Apr. omnibus tùm eius obitū collachrymantibus, tùm veri parētis, & paſtoris amiſſione dolentibus, cū Eccleſiā Dei annos nouē, & mēſes quinq; ſaluberrimè gubernaſſet. Eius corpus ad Eccleſiā S. Mariæ in via Noua delatum, honorificè ibidē ſimulatū iacet.

Reſtaurat Vrbem.

Greg. eximiæ virtutes.

Obitus Gregorij.

Hinc documētum percipiamus, vt iis, qui nos oderunt, quiq́; nos malis plurimis affecerunt, amore Dei dimittamus; Propterea Dominus in Euangelio ait, ſi.n. dimiſeritis hominibus peccata eorū, dimittet vobis & pater veſter, qui in cœlis eſt, peccata veſtra; ſi autem non dimiſeritis hominibus, nec pater veſter dimittet vobis peccata veſtra. Paulus

Documētum.

Matth. 6.

lus quoq; Apoſt. ad Coloſſ. ſcribit, Supportantes inuicem,& donantes vobiſmetipſis,ſi quis aduerſus aliquem habet querelam. Et idem ad Epheſios, cũ patientia ſupportantes inuicem in charitate. Et Petrus Apoſtolorum princeps, Non reddentes malum pro malo, vel maledictum pro maledicto, ſed è contra benedicentes,& idem ibidem, Quia in hoc vocati eſtis, vt benedictionem hęreditatis poſsideatis. De quibus etiam dictũ eſſe comperimus à Sanctis Patribus, vt à S. P. Auguſt. à S. Gregorio, à S. Hieronymo, à S.Cypriano, ab Iſidoro, & Cęſario, Venerabil.Beda atteſtante. P.igitur Aug.ait, Vnuſquiſquè talem indulgentiam accepturus eſt à Deo, qualem & ipſe proximo ſuo dederit; Et Gręgorius Sanctus, Ille rectè ſui delicti veniam poſtulat, qui hoc, quod prius in ipſo delinquitur, relaxat: Qui etiam, Nec curat antiquus hoſtis, vt terrena tollat à nobis, ſed vt charitatem in nobis feriat; Dimittamus ergo, infert ipſe, quod debetur nobis, vt dimittatur, quod debetur à nobis. S.item Hieronymus dignam quidem habet ſentẽtiam, Quomodo Deus in Chriſto nobis noſtra peccata donauit, ſic etiam nos, qui in nobis peccant, dimittamus. Et S.Cyprianus, Quiſquis enim illi, qui in eũ peccauit, dimittit, ignoſcendo, peccatum, ſine dubio eleemoſynam facit. Iſidorus quoquè perpolitè locutus eſt in hanc ſententiam, Non enim, inquit, poſſunt peccata dimitti ei, qui in ſe peccãti debita

Coloſ.c.3. Idem. Ephe.c.4. Pet.1.c.3. Idem. S.Auguſt. S.Greg. Idem. Idem. S. Hier. S. Cyp. Iſid.

bita

Idem. bita non dimittit; Qui inſuper ait, Qui fratrem ſuum tardius ſibi conciliat, Deum tardius ſibi placat. Denique Cęſarius, Qui.n.
Cęſar. in ſe peccanti clementer indulſerit, nullum peccati veſtigium in illius anima remanebit.

DE MORIBVS, ATQ. BEATO FINE S.Gregorij Illiberini Epiſcopi, & confeſſoris, ex Martyrologiis, etiam vetuſtiſſimis.

Figura. LEGENTI mihi aliquando in veteri Teſtamento ſacram Geneſim, occurrit id, quod accidit in præſenti, factum, nempè, mirabile, Sancti illius caſtiſsimi Ioſeph, fratrũ ſuorum inuidia venditi, & ob eam cauſam in Aegyptum perducti, ac dilapſo tempore in carcerem detruſi, ne cum Pharaonis, Domini ſui, Vxore, eum continuò ad ſecum adulterandum ſolicitante, commiſceretur. Tunc Eunucho cuidam, Pincernarum Regis Pharaonis præpoſito, cui in carcere miniſtrabat Ioſeph, aliquãdo ſomnium apparuit, vt Deo placuit, qui ſuorũ nunquã obliuiſcitur ſeruorũ, quod Ioſeph mane diluculo manifeſtans ait, Videbã corã me vitem, in qua erant tres
Gen.c.40. propagines, creſcere paulatim in gemmas: Mirabile quidem miſterium ſomniũ huiuſmodi nobis innuere videtur: Poſſumus quidem omni poſthabita imperfectione, fateri ſanctiſsimæ Trinitatis miſterium, & eſſentię vnitatẽ contineri in illis verbis, Nam quemadmodum vna erat Vitis, & in eadẽ tres, veluti

luti gemmæ,vnitę propagines,ita in ſemper admirabili Diuinitatis miſterio eſt vnica tãtum Diuina eſſentia,& tres in ea perſonæ diuinę,Pater,filius,& ſpiritus ſanctus,gemmę adeo pretioſę, vt mẽs humana tot,tantamq; excellentiam animaduertens, maximoperè admiretur, ſimul atq; commoueatur; Nam æternus Pater ſe ipſum à diebus æternitatis eius reſpiciens, filium ſibi vnigenitum, non aliundè,ſed ex ſe ipſo,& de ſua natura,& eſſentia,ſibi per oĩa coæqualem genuit,Quiq; ab ęterno ſe mutuo reſpicientes, eiuſdem eſſentiæ,& naturę producunt ſpiritum ſanctũ, qui vtriuſq; eſt nexus : Et quemadmodum è Vite liquor, ita liquor, (ſi ita loqui fas eſt) in ſanctiſsima Trinitate eſt Diuina fruitio,qua Diuinæ illæ ſanctiſsimæ perſonæ, ſe mutuo amore afficientes,fruuntur.Quæ omnia etſi ſint optimè poſita, nihilominus per vitem ipſam in pręſenti hominẽ,ad Dei imaginem,& ſimilitudinem cõditum, cui Deus tres propagines, nempè, tres animæ potentias, vid.memoriã, intellectum, & voluntatẽ,contribuere voluit,intelligamus,quæ nimirum tunc in gemmas, ſiuè tamquàm gemmæ apud Altiſsimum creſcunt,dum,Diuina cooperante gratia,eis perquam optimè vtimur; Quod ſi quando aliqui reperti ſunt,qui hiſce commodè vſi fuerint,dixerim,Gregorium Sanctum in eorũ numero eſſe cooptandum ; Nam relicto ſæculo, eiuſq; renunciatis pompis, adoleſcens vſq; ad vitæ ſuæ extremum

Mirabile miſteriũ.

extremum

tremum adeo piis operibus,& vitæ ſanctitati deditus fuiſſe dicitur, vt in omnium, qui eum nouerant, eſſet oculis. Hinc eius vitæ probitate, prudentia, & doctrina cognitis, in Clericorũ,& dehinc in Pręsbyterorũ numerum relatus, mortuo Illiberi in Hiſpania Epiſcopo, ſummo omnium cõſenſu eiuſdem Vrbis Epiſcopus deligitur. Epiſcopus igitur Illiberis Vrbis, quæ eſt in Bętica Hiſpaniæ regione, quam Scriptorum plerią; eandem eſſe credũt cũ ea, quam noſtra hac tempeſtate Granatam appellant, ad differentiã oppidi cuiuſdam, Illiberis & ipſi nũcupati, in finibus Galliæ Narbonenſis, iuxta Pireneos montes ſiti, Strabone lib.4.& Plinio in Gallię Narbonenſis deſcriptione teſtibus, nullum prætermiſit charitatis,& pietatis officium ad omnes in iis, quæ animarũ ſaluti, & corporis neceſsitati vſui forent: Nulli deniquè auxilio, conſilio, & opera defuit. Qui tandem vigiliis, ieiuniis, & orationibus confectus, ad eum, ad quem cõcupiſcenti animo omni tẽpore peruenire ardebat deſiderio, migrauit, Dñm noſtrum Ieſum Chriſtũ, oct. Cal. Maij, qui ſua pietate, & charitate dignetur pro nobis rogare Dominum Deum, vt poſt obitum noſtrum paradiſi ianuas gaudentes nobis introire concedat, qui ſine fine viuit, & regnat per ſęcula. Amen.

S. Greg. ſacris initiatur, ac Epiſcopus cõſtituitur.

Aliud nomen Oppidi Illiberis dictum in Gallia.

Strab. l.4. Plin. in deſcript.

Opera mira S. Greg.

Feliciſſimus S. Gr. finis.

Sæculum, renuere eiuſq; pompis renunciare iubemur, ſi cum Sancto Gregorio Deo perfrui deſideramus; Hinc Apoſtolus Paul. ad

Documẽtum.

ad Romanos ſcribens nos ad fugiendum ſeculum cohortatus eſt dicens, Nolite confor mari huic ſæculo, ſed reformamini in nouitate ſenſus veſtri, vt probetis, quæ ſit voluntas Dei & beneplacens, & perfecta: Et B. Iacobus infert, Quicumq; ergo voluerit amicus eſſe ſæculi huius, inimicus Dei conſtituitur; In hāc eandem ſententiam, ex Ven. Beda loco iā habito multa Sācti Patres ſcripſerūt, vt P. Auguſtinus, S. Gregorius, S. Hieronymus, S. Ambroſins, S. Baſilius, Iſidorus, & Cęſarius: Sanctus igitur P. Auguſtin. ait, Sunt quidam, qui facilius omnia ſua pauperibus tribuunt, vt ipſi pauperes Dei fiant. Et S. Hier. Multi percepta veritatis via, capti ſeculi voluptatibus de medio itinere reuertuntur: Qui etiam, Facilè cōtemnit omnia, qui ſe ſemper cogitat moriturū: Gregorius Sanctus itē, Qui cœleſtis vitæ dulcedinem, inquantū poſsibilitas admittit, perfectè cognouerit, ea, quæ in terris amauerat, libēter cuncta reliquit. Amb. Sanctus quoquè, Qui vult Deum poſsidere, renuntiet mūdo, vt ſit illi Deus beata poſſeſsio. S. etiam Baſil. Nulli ſtudeas placere in vita tua, niſi ſoli Deo. Iſidorus pręterea ſcriptum reliquit, Ea, quę ſæculi amatoribus cara ſunt, ſancti, velut aduerſa, refugiunt, pluſq; aduerſitatibus mundi declarantur, quàm proſperitatibus gaudeant: Qui inſuper, Magna apud Deum fulget gratia, qui huic mundo contemptibilis fuerit, nam re vera neceſſe eſt, vt, quem mun

Paul. Ap. Rom. c. 12.

Iac. c. 12.

S. Auguſt.

S. Hieron.

Idem.

S. Gregor.

S. Amb.

S. Baſil.

Iſidor.

Idem.

dus

dus odit, diligatur à Deo. Cęſarius tandem, Nihil prodeſt, quod iuſtorum locum expe-ctamus, ſi tales hic ſumus, quales in ſæculo eſſe poteramus.

DE ELECTIONE GREGORII DVO-decimi in ſummum Pontificem, ex Petro Meſ-ſia, Onuphrio Panuinio, & Platina.

QVAMVIS Deus opt. max. æternus ſit, in tẽpore nihilominus ſibi placito vni-uerſa creare dignatus eſt, quin potius tantæ eſt bonitatis, vt ſummè bonus beatitudinis ſuæ, qua æternaliter beatus eſt, alios volue-rit eſſe participes: Hinc P. Auguſtinus, hæ-reticorum acerrimus propugnator, in libro de Doctrina Chriſtiana ait, Quia bonus eſt Deus, ſumus, &, inquantum ſumus, boni ſu-mus. Aeternus ergo Deus cũ creaturas vni-uerſas bonas valdè condiderit, eũ huiuſmo-di ordine eaſdem creaſſe cõſpicimus, quędã ſiquidem ſpirituales, cuiuſmodi ſunt Ange-lici ſpiritus, ſiuè boni ſint, ſiuè mali; Nonnul-las dehinc corporales condidit, vt bruta, & reliqua corporalia; Alia demùm ex vtriſq; mixta, nempè, hominem, hac profectò lege, vt ſenſus ſpiritui, ſpiritus Deo, iuſtitia origi-nali appoſita, deſeruiret, vt, pace vbiq; loco-rum conuenta, beatiſsimi viueremus. Præ-terquàmquod natura ipſa, ſi animaduerteri-mus, ad pacem vniuerſa inuitat, & reuocat, & cũcta naturali ductu pacem appetere in-tuemur,

Gen. c. 1.

S. Auguſt. lib. 1. c. 23. in princ.

Gen. ibid.

Triplex eſt creatu-rarum or-do, ſpiri-tualium, corpora-liũ, ſpiri-tualiũ, & corpora-liũ ſimul.

tuemur, vt ſcriptum reliquit. P. Auguſtinus in lib. de Ciuitate Dei. Quæ cum ita ſe habeant, mirum nemini videri debeat, ſi Gregorius duodecimus adeò pacis fuerit amator, vt dignitati Pontificię pro communi Eccleſiæ pace renunciauerit. Quarè, Innocentio ſeptimo morte ſublato, Cardinales Romæ conclaue introgreſsi, alium Pontificem creaturi, ad tollendum ſciſma, pontificatus Bonifacij noni tempore excitatum per ſciſmaticos Cardinales, qui Auenione Petrum quendam de Luna Catelanum Antipapam creauerant, quem Benedictum tertiumdecimum appellauerunt, iureiurando aſtruunt vniuerſi, vt qui ex eorum numero Pontifex fieret, pontificiæ dignitati renunciaret, modo Benedictus Antipapa id idem & ipſe prę ſtaret. His igitur ita ſe habentibus, anno ſalutis humanæ milleſimo quadringenteſimo ſexto, Imperatore Roberto, vnanimi Cardinalium omnium conſenſu Angelus Corarius Venetus, Tit. Sancti Marci Pręsbyter Card. eligitur in Pontificem, atq; Gregorius duodecimus vocatur, qui mòx creatus id, quod ante ſpoponderat, eodem iuramento affirmauit. Huiuſmodi igitur facta noui Pontificis electione, ad Imperatorem eò ipſo, & ad alios Chriſtianos Principes, necnon ad Antipapam Benedictum pleręq; miſsitatæ fuere literę, vt locus præeligeretur, quò Cardinalibus aſtātibus, Antipapa, & verus Chriſti Vicarius Gregorius conuenientes, digni

tati

P. Auguſt. lib. 19. de Ciui. Dei.

Benedictus Antipapa.

Cardinalis Angel' fit Pōt. & vocatur Gregori'.

tati renũciarent,quo facto,alter, qui Eccleſiæ Dei præeſſet, deligeretur. Quarè, annuentibus omnibus,Sauonia Ciuitas rei huiuſcemodi apta iudicatur. Hinc Benedictus Auenione Ianuã proficiſcitur,& Gregor.Roma,Ianuã verſus,Lucã venit,vbi Nunciũ,ac cepit,nè vllo vnquã pacto Sauoniã ſe conferret, alioquin malè ſe res haberet, cum eſſet ciuitas Galliæ deuota nam Gregorium; illò aduentantem,ſe capturam condixerat. Quo factum eſt, vt Gregorius vltrò ire nequaquã ſit auſus, vnde Benedictus iterum in Galliæ reuertitur regionem. Quæ res dùm in deliberatione huiuſmodi verſaretur, Cardinales numero viginti ſex Piſas petentes, ibidẽ plurimorum Archiepiſcoporum, Epiſcoporum, ac Patriarcarum trium coacta Synodo, vtrunq; & Benedictum, & Gregorium Piſas conuocauere, quò Gregorius ire noluit, facti reddens rationem, concilium,nempè, illud nequè eſſe, nequè iure dici poſſe legitimum, cùm ſibi ſoli; vero Pontifici, non autem Cardinalibus, viuente Pontifice,legitimè creato, liceret concilia conuocare. Hinc vrbem Aquileiam,ad id maximè aptam, delegit, quò mòx cum Cardinalibus, qui ſibi reſidui fuerant, & cum quibuſdam alijs,iterum à ſe creatis,profectus eſt.Gregorio maximè fauebat Imperator Robertus in hac parte, viris doctrina, & prudentia præditis adhærens, qui Pontificis, non Cardinalium Synodum cogendi munus eſſe teſtabantur.

Differt ire Sauoniam Gregor.nũcio accepto.

Cardinales Piſis cogũt Cõcilium.

Aquileiã properat, vbi indicit Concilium.

Car-

Cardinales igitur in ea ipſa Synodo, Piſis celebrata anno Domini milles. quadringenteſimo nono, Petrum Filardum Cretenſem, eximiæ virtutis virum, Cardinalem, & Archiepiſcopum Mediolanenſem Pontificem creauere, quem Alexandrum Quintum appellauerunt, qui Bononiæ ſui Pontificatus menſe octauo moritur, ac in locum eius Balthaſar Coſcia Neapolitanus, qui Iohannes vigeſimus ſecundus dictus eſt, ſuffectus fuit; Quò illud effectum eſt, vt fierent Eccleſiæ peiora prioribus, nam vbi ante duo aderant Pontifices, tunc tres adfuere, quorum quilibet, qui eius imperata faceret, habebat. Quæ grauiſsima incommoda, quibus vniuerſa Chriſti Eccleſia afficiebatur, vt de medio tolleret Imperator Robertus, tædio, ac moleſtia non mediocri rei huiuſmodi affectus, Concilium generale celebrandum ab Eccleſiaſticis ſuppliciter petiuit, quod, morte prçuentus, perficere non potuit. Roberto igitur vita perfuncto, Imperij Electores Sigiſmundum, Boemiæ Regem, Imperatorem delegerunt, rogatu Iohannis Pontificis maximi, qui ea de cauſa in Germaniam Legatos ad Electores miſerat. Intereà coacto concilio Conſtantienſe in Germania, cui Sigiſmundus Imperator interfuit, Iohannes ob ſua demerita pontificia dignitate priuatur, & Gregorius ad ſciſma pellendum, in ſeſsione decimaquarta per Carolum Malateſtam, Arimini Dominum, apud quem diuerſabatur,

Piſis Petrus Cardinal. creatur Pōt. & vocatur Alexāder.

Moritur Alexan. & creatur Pont. Balthaſar.

Tres adſunt Pontifices.

Moritur Robertus Imperator, & cretur Sigiſmundus.

tur, publicè ac celebri ſolemnitate Sedi Apoſtolicę liberè renunciauit, Benedicto Antipapa vſquè ad mortem in ſua ipſius ſententia perſiſtente. Gregorium igitur omnium iudicio ſanctitate, & humanitate donatum, Concilium mòx Legatum mittit in Italiam, in Marchiæ regionẽ, Cardinalibus à ſe creatis, ac ſibi adhęrentibus, confirmatis, vnà cũ portionibus eiſdem ab eodem Gregorio illis attributis. Gregorius tandem non multò poſt è vita migrauit, in cuius locũ Odo Cardinalis Columneæ familiæ ſuffectus eſt tertio Idus Nouẽb. an. D. milleſ. quadringenteſimo decimoſeptimo, qui ob S. Martini, quo die Pontifex creatus eſt, Martinus quintus appellari voluit. De Gregorio igitur iſta dicta ſint ſatis, qui ſi in Pontificia dignitate ad extremum vſq; ſuę vitę diem perſtitiſſet, plurima ſe Viro digniſsima geſsiſſet.

Cõcil. ſtatuit Gregoriũ Legatũ Marchię.

Obitus Gregorij.

Ex huius Viri electione pro documento humilitatem ſectari monemur, hinc Dominus in Euangelio, Diſcite à me, quia mitis ſum, & humilis corde, & inuenietis requiem animabus veſtris. Petrus quoq; Apoſtolorũ Princeps ait, Deus ſuperbis reſiſtit, humilibus autem dat gratiam: Humiliamini igitur ſub potenti manu Dei, vt vos exaltet in tempore viſitationis: Et ex Venerabili Beda Sãcti Patres ſuper his luculenter ſcripſerunt, vt P. Auguſtinus, S. Gregorius, S. Hieronymus, S. Baſilius, Origenes, Iſidorus. P. igitur Aug. ſentẽtiam admirabilem protulit, Deus hu-

Documẽtũ ex Gregorij electione.

Mat. c. 11.

1. Pet. c. 5.

Idem. ibidem.

S. Aug.

humilis factus eſt, erubeſcat homo fieri ſuperbus. Et S.Greg. Humilitas quantum inclinatur ad ima, tãtum proficit excelſo: Qui etiam, Tantum.n.neceſſe eſt, vt ſe vnuſquiſq; in humilitate deprimat, quantum, ſi ſit electus, ignorat. Et S.Hier. Ad ſummitatem virtutum non potentia, ſed humilitate venitur. Baſilius autem Sanctus, Humilis licet habitus viliſsimus ſit, glorioſus tamen eſt virtutibus; Superbus autem, etſi decorus videatur aſpectu, tamen operibus vilis eſt. Origenes item inquit, Niſi humilis, & quietus fueris, non potes habere in te gratiam Spiritus ſancti. Iſid. tandem, ſine humilitate, & charitate virtus quęlibet in vitiũ deputabitur. S.Gregor. Idem. S.Hieron. S.Baſil. Origen. Iſidor.

DE VITA, MORIBVS, AC BEATO FINE *S. Gregorij Traiectini Epiſcopi, & confeſſoris, ex Martyrologiis.*

SVMMI rerum Philoſophi hominis pręſtantiam animaduertẽtes, eumq; ea de re fortunatum exiſtimantes, non ſemel, atq; iterum, ſed quàm frequenter quæſiuere, & quærendo diſſeruerunt, quonam in loco eius perpetua felicitas, ac beatitudo cõſiſteret; Hinc eorum quidam, Epicurei ab Epicuro eorum principe nuncupati, rerum naturalium difficultatem perſentientes, nihil de eis dicere, aut parui, vel magni momenti aliquid animaduertere voluerũt, quin potius cuiuſcunquè generis voluptatibus mancipati, ſum- Vbi nam hominis conſiſtat beatitudo. Opinio prima.

mam, primamq; hominis felicitatem in volū-
2.Opinio. ptatibus conſiſtere ſunt falsò arbitrati. Alij
autem, quorū Dux extitit Anaxagoras, ſum-
mum, præcipuumq; hominis bonum in ſtel-
larum, ac cæterarum cœli planetarum con-
templatione ſitū eſſe excogitauerunt; Hinc
Anaxagoras iactabat, ſe tùm à Deo, tùm à
natura in lucem editū fuiſſe, vt cœleſtia con-
3.Opinio. templaretur, & ſupereminentiora. Nonnul-
lis item, vt Pythagoræ, à quo Pythagorici di-
cti inueniuntur, placuit, ſummam hominis
beatitudinē in virtutibus ſolùmodo actiuis,
de quibus ſubtiliſsimè diſceptabāt, fuiſſe re-
cōditā ſtatuebant, quippe qui è cōtrario ex-
tremam eiuſdem miſeriā vitiis cōcedebant.
4.Opinio. Adfuere demùm pleriq; Peripatetici voca-
ti, quorum princeps extitit Ariſtoteles, qui
ſubtili ratione de rerū naturis, ac de earun-
dem cauſis diſſeruere, hancq; hominis per-
Ariſt. proœmio ſuæ Philoſophiæ t. 1. c. 2. t. 9. fectionem eſſe voluerunt, propterea Ariſto-
teles ipſe proœmio ſuæ Philoſophiæ ductus
aiebat, Oportere primum cognoſcere, & in-
telligere vſq; ad cauſas, & elementa; Et idē
primo libro poſt. ſcire aūt arbitramur vnum
quodq; ſimpliciter, cū cauſam exiſtimamus
cognoſcere: ſed non defuerunt ante Ariſto-
telem Platonici, à Platone, etiam ipſius Ari-
5.Opinio. ſtotelis Inſtitutore, appellati, qui potiori in-
cedētes via, de rerum naturis vtiquè etiam
ipſi habuere ſermonē, ſed vehementiori ſtu-
dio circa res diuinas, perpetuas, & incorru-
ptibiles, eoſdem pro viribus attollentes, ver-
ſaban-

ſabantur. Verùm longè melius effecere, qui curam ſuam, ſtudiũ, atq; diligentiam adhibuerunt omnem in obſequio Dei, cuiuſmodi fuit Sanctus Gregorius, cuius ſanctitas quanta futura eſſet, eius adoleſcentia illam comprobauit, quippè qui tanto erat Chriſti amore incenſus, vt in Religioſorũ numero aſcribi voluerit, ſacriſq; dehinc initiari meruerit. Cum igitur piis officiis, & charitatis operibus ſe totum dédiſſet, mortuo Traiecti Epiſcopo, tanti viri omnibus vitæ probitate nota, miro omnium conſenſu Traiectinę Eccleſiæ præficitur; Quo in paſtorali munere egẽtibus, orphanis, Viduis, omnibus deniquè, ad eum confugientibus, ope, auxilio, cõſilio nunquam defuit. Ieiunio prętereà, orationi, & vigiliis adeo incumbebat, vt longum ſit verbis pernudare. At quia ſoli Deo placere ſtudebat, inanem in omnibus fugiebat gloriam, expectans à Domino retributionem; Hinc cum Apoſtolo Paulo dicebat. Omnia aũt facio propter Euangelium, vt particeps eius efficiar. Quiq; ea, quæ verbis aliis faciẽda, ad æternam ſalutem parandam, proponebat, & quæ illis declinanda, vt euaderẽt æternam pœnam, nunciabat, opere ille ipſe præſtabat, dicens cũ eodem Apoſtolo, Caſtigo corpus meum, & in ſeruitutem redigo, nè, cũ aliis prædicauerim, ipſe reprobus efficiar; Hinc cũ Pontificis adminiſtratione verè prefulgeret, omniũ (vt inquit S. Maximus Epiſcopus, ciuium ſuorum in Deum prouocauit

6. Opinio.

S. Greg. fit epiſcopus

S. Gregor. opera.

1. Cor. c. 9. in fine.

Ibidem.

Hom. 2.

affectum,& plures ſui ſacerdotij ſucceſſores reliquit. Sed quid ego,cum ſim terra, & cinis,tanti Viri laudum præconia verbis hiſce meis,minus perpolitis,explicare cõtendo? Videor ſiquidem potius mihi aliquid ei auferre, quàm aliquid emolumenti præbere? Qui tandem ad vltimam ſenectutem perueniens, inſtãte morte,omnibus ritè ſuſceptis Eccleſiæ Sacramentis,facta oratione, ſuſpicienſq; in cœlum,in cœleſtem gloriam, ſibi præparatam,migrauit octauo cal.Sept. omnibus eius obitum maximè collacrymantibus,ac Traiecti,quod Olandæ regionis Ciuitas præclara eſt,ſepelitur,qui pro nobis Deum dignetur rogare in Cœlis,quem pro omnibus rogauit in terris.

Obitus S. Gregorij.

Ex huiuſmodi S. Gregorij Traiectini vita,& fine Orationem vehementer complecti animamur pro optimo documento, nam & Dominus noſter, vt homo, Patrem plerunquè rogauit, & idem orare nos docuit, ac orationis effectum nobis ſignificauit, dũ dixit, omnia, quæcumquè petieritis in oratione credentes,accipietis. Et Paul. ad Romanos ait, orationi inſtantes.Et Iac.Apoſt. orate pro inuicem,vt ſaluemini,Multũ enim valet oratio iuſti aſsidua.De orationis excellentia item Sancti Patres multa dixiſſe comprehenduntur ex Ven. Beda ibidem, quemadmodum S. Pater Auguſtinus, S. Gregorius, S. Hieronymus, S. Baſilius, S. Cyprianus, Iſidorus,& Cæſarius: Vnde P.Aug.Oratio-

Documẽtum.

Mat.c.21.

Paul. Ap. Rom.c.12.

S.Iac.c.5.

S. Auguſt.

tionibus mundamur, lectionibus inſtruimur, vtrumq; bonum eſt, ſi liceat; ſi non liceat, melius eſt orare, quàm legere; Quia in lectione cognoſcimus, quod facere debemus, in oratione eadem accipimus, quæ poſtulamus; Qui etiam, oratio mundat à peccatis, habet ſalutem, ideo in oratione paratus eſto, oſtende conſcientiam cordis tui, vt ampliorem gratiam cōſequaris. S. item Gregorius; Cum verò orationi vehementer inſiſtimus, ſtat Ieſus, vt lucem reſtituat, quia Deus in corde figitur, vt lux amiſſa reparetur: Qui inſuper, Quantum grauiori tumultu cogitationum carnalium præmimur tantum orationi ardentius inſiſtere debemus. S. quoq; Hierony. ſicut militi ſine armis ad bellū exire non conuenit, ita homini Chriſtiano procedere ſine orationibus non conuenit, egredientes de hoſpitio armet oratio, regredientibus de platea oratio occurrat. Hinc Baſil. S. oratio nanq; grandis monitio eſt animæ, per orationes puriſsimas omnia nobis vtilia tribuuntur à Domino, & cuncta noxia proculdubio effugātur. S. Cyprianus itidē, Bona eſt oratio cnm ieiunio, & eleemoſyna cum iuſtitia. Iſid. etiam, Longe quippè à Deo eſt animus, qui in oratione cogitationibus ſæculi fuerit occupatus; Tūc ergo infert, veraciter oramus, quādò aliundè non cogitamus. Cæſarius demùm, Duobus modis oratio impeditur, ne impetrare quiſquis valeat poſtulata, hoc eſt, ſi aut ma-

Idem. S. Gregor. Idem. S Hier. S. Baſ. S. Cyp. Iſid. Cęſar.

la quiſquis committit, aut ſi delinquenti ſibi debita non dimittit.

DE ELECTIONE GREGORII DECImitertij, in ſummum Pontificem.

Gen.c.1. c.3. PROPHETA ille magnus, & Legiſlator Moyſes, poſtquàm rerum omniũ vniuerſalem narrauiſſet creationem, ac poſt ini micitias inter mulierẽ, eiuſq; ſemen, & ſerpentes ipſum vniuerſis terræ animantibus, quæ creauit Deus, callidiorem, à Deo indictas præmonſtraſſet, necnon pœnas omnibus illatas, & ſerpenti; vt perpetuò ſuper pectus graderetur ſuum, ac terram vniuerſis Figura. diebus eius comederet; ſic Mulieri, vt in dolore, & ærumna filios procrearet; Adęq; vt in ipſius vultus ſudore pane veſceretur ſuo, innuiſſet, ad primos parentes noſtros, ſuæ noſtræq; perditionis effectores, à qua vnigenitus Dei filius factus homo, ſanguine ſuo nos exemit, æterno Patri reconciliatos reddens, ſermonẽ ſuum conuertit, inquitq; eos Deus è paradiſo voluptatis detruxiſſe, nè fortaſsè de ligno ſumentes viuerent in æternum, eamq; ob cauſam ad paradiſi eiuſ-Figurę applicatio. dem poſtes Cherubin & flammeo, & verſatili gladio conſtituiſſe aſtruit. Et quis eſt noſtrũ, qui animaduertens, non videat Cherubin ſummum eſſe Paſtorem, ad ouilis ianuam conſtitutum à Dom. noſtro Ieſu Chriſto, qui diligentiam adhibeat omnem, ne rapaces

paces lupi; nominis Chriſtiani hoſtes, in illius ouile irrumpant, eiuſq; oues diſperdãt, ac diſsipent? Huiuſmodi vidẽtur fuiſſe Gregorius tertiusdecimus aduerſus hæreticos Chriſti inimicos, vt clarius inter legendum patebit inferius. Pio igitur quinto, viro quidem integerrimo, è mundo erepto Illuſtriſſimis, ac Reuerendiſs. Cardinalibus conclaue ingreſsis, Illuſtriſsimus, ac Reuerendiſs. Cardinalis Vgo Bononienſis, Boncompagnius, Tit. S. Xiſti, in eius locum ſucceſsit tertio Idus Maij, anno ſalutis humanę milleſimo quingenteſimo ſeptuageſimo ſecundo; ac die Pentecoſtes corona donatur Imperatore Maximiliano, & vocatur Gregorius. Quo in paſtorali munere quàm pręclarè ſe geſſerit, veluti prædeceſſor eius, mira eius opera teſtantur: Nam mòx Pontifex effectus, illud cum Chriſtianis principibus efficiendum curauit, vt fœdus, inter ſe ante aduerſus Turcas initum, vltrò perducerent: Verùm cum eo ipſo anno nihil proficeret, ſequenti Anſani, aliàs Anxani, ſiuè Auxij Archiepiſcopum ad Regem Catholicum, & ad Chriſtianiſsimum Illuſtriſ. ac Reuerendiſſimum Cardinalem Vrſinum, Legatos miſit, cũ quibus agerent memorabile illud de fœdere eodem feriendo, quod poſteà ad nihilum deductum eſt, cum Veneti ipſi contra eius voluntatem cum Turcis in vnitatem fœderis coiuerint. His ita conſiſtentibus ad uexandos hęreticos ſe contultit, quo in negocio

Pij quinti obitus.

Card. Vgo Põt. creatur, ac Gr. appellatur.

gocio

gocio Imperatori, Regibuſq; & Catholico, & Chriſtianiſsimo pecunia minimè defuit, id, quod Carolo, Auſtriæ Arciduci, ac Melitenſis inſulæ Religioni præſtare non deſtitit. Verùm ad augendam magis, magiſquè propagandam Religionem Chriſtianam, in diuerſis orbis terræ partibus duo ſupra viginti collegia ſuis ſumptibus extruēda mādauit. Quantæ humanitatis præterea, quantęquè beneuolentię in omnes, & pietatis, & charitatis extiterit, præſertim in pauperes, nihil eſt, cur rationibus comprobetur. De ſapientia eius, & doctrina inſuper quid eſt, vt verba vlterius contexere geſtiam, cum eā ob cauſam vix Cardinalis creatus miſſus ſit in Hiſpaniam à Pio Quarto Legatus? Pacis itidem quàm fuerit amator, ex eo facilè colligitur, quod Ianuenſes vniuerſos inter ſeſe digladiantes, & diſsidentes, eò legato, Cardinale Moronio, immiſſo pacatos reddidit; Id, quod etiam regno præſtaſſe cōperitur in Poloniæ Regno, de ſucceſſore deligendo diſſidente. Quarè opera legati, eò ab eo ea de cauſa miſsi, Battorus Poloniæ Regno pręficitur, quem vnà cum Moſcouitarum Rege, à quo antea Nuncium acceperat, in gratiam redire curauit. Quo tempore ex Indiæ extrema parte Nuncios ſummo honore, à Principibus regionis illius ad eum miſſos, honorificè ſuſcepit, ac humaniſsimè tractauit.

Greg. ſollicitudo.

Greg. pia opera.

Ad reſtaurandā dehinc Vrbē Romā aciē ſuam ipſius dirigens, eam aquarum copia, ac via-

viarum ſoliditate ornatam vndiq; reddidit. Neq; illud quoq; memoria dignum prętermittendum videtur, quod Iubilei anno, milleſ. quingenteſimo ſeptuageſimoquinto, celebrato, peregrinis, Romam petentibus, impenſa, non mediocri in nulla re defuit. Qui etiam annum, iam dilapſum, à ſuo recto itinere ad priorem ritum reſtituendum mandauit, Dominicę Incarnationis anno milleſ. quingent. octuageſimoprimo. Neque prætermittendum cuiquam videtur tanti Viri Religionem, quãdoquidem S. Gregorij Nazianzeni corpus, è Conſtantinopolitana Ciuitate ad Vrbem Romam anteà delatũ, nec non in Eccleſia Dei Genitricis ad Campum Martium diù honeſtè oſſeruatum, in Sacellũ, à ſe in Baſilica S. Petri, magnificentiſsimè exornatũ, ſumma celebritate, ac populi frequẽtia tertio Id. Iun. tranſtulit, ac poſtridiè ſub Altare digno honore illud idẽ condidit. Quinimò ſacra Sanctorum corpora Nemetij Diaconi, Lucillę Virginis eius filię, vnà cum Sãctis Simphronio, Olympio Tribuno, Exuperia eius Vxore, ac Theodulo filio à Gregorio quinto Põt. max. in Diaconiam S. Marię nouæ pridie Cal. Nouemb. translata, ab eo ibidem inuenta, iterum celebri ſolemnitate translata ſunt, ſexto Id. Decemb. ac ſub altari eiuſdem honeſtius tumulata. Hiſce igitur, & pleriſq; aliis prǫclarè geſtis anno octuag. tertio ætatis ſuę quarto Id. Apr. anno ſalutis humanæ mill. quing. octuageſimo quinto, cum

Reſtaurat Vrbem.

Annũ dilapſum reuocat.

cum ſediſſet annos duodecim,mẽſes decem, dies viginti ſeptem , diem ſuum obiit.

Ex Gregorij huius ſummi Pontificis vita
Documẽtum. charitas,ſiue amor Dei,& proximi,quã imitemur,maximè commendatur,in his.n.duobus
Mat.c.22. mãdatis vniuerſa lex pendet,& prophetę,inquit Dominus in Euangelio; Et Paulus
Rom.c.13. Apoſt.ad Romanos ſcribẽs ait,Nemini quicquam debeatis,niſi vt inuicem diligatis,qui enim diligit proximum (intelligitur ordi-
1.Ep.c.4. natè in ordine ad Deum) legem impleuit: Et princeps Apoſtolorum Petrus,Ante omnia autem mutuam in vobis metipſis charitatem continuã habentes,quia charitas operit multitudinem peccatorum. Admirabilem,& maximoperè amplexandã habet ſen-
S. Iohan. tentiam. S. Iohannes Apoſtolus,Chariſsimi
1.Ep.c.4. diligamus nos inuicẽ, quia charitas ex Deo eſt; Et omnis, qui diligit, ex Deo natus eſt, & cognoſcit Deum. Qui non diligit,non nouit Deũ,quoniã Deus charitas eſt.S.itẽ patres, vti eſt P.Aug .S .Greg.S.Hieronymus, S.Ambroſius, S.Cyprianus, S.Baſilius,Iſid. Cęſarius,charitatis,ſeù amoris virtutẽ maximoperę prouexerũt,vti ex Ven.Beda col-
S. Auguſt. ligimus. S.Pater igitur P.Auguſt.ait,Si per viã verę charitatis volumus currere,ad æternam patriam poſſumus feliciter peruenire:
Idem. Qui etiam, ſine amore charitatis, quàmuis quiſquã rectè credat, ad beatitudinem per-
Idem. uenire nequaquàm poteſt.Qui demum,Tanta eſt charitatis virtus, quę ſi deſit, fruſtra haben-

habentur cętera: ſi autem adeſt, rectè haben tur omnia. S. Greg. Ille verè charitatem ha bet, qui & amicum diligit in Deo, & inimi- cum diligit propter Deum. Et idem. Quiſ- quis charitatem non habet, etiam dona, quæ percepiſſe videbatur, amittit. Et S.Hieron. Terrarum longitudo nō ſeparat, quoſcumq; amor cingit. S.Amb. ſicut ſine via nullus ve nit, quò tendit, ita ſine charitate, quæ dicta eſt via, nec ambulare poſsūt homines, ſed er rare. Et S.Cyp. A diſſentionis malo contine- re ſuam linguam debet, qui nouit, & diligit vinculum charitatis. S.Baſil. Qui charitate eſt plenus, tranquillo animo, & ſereniſsimo vultu procedit; Vir autem odio plenus, am bulat iracundus. Iſidorus quoque. A regno autem Dei ſe ſeparant, qui ſemetipſos à cha ritate diſſociant; Et idem inquit, Charitas enim virtutum omnium obtinet principatū. Cęſarius deniquè, Nihil nobis prodeſt, quod continuis vigiliis, & laboribus conficiamus nos ipſos, ſi intra nos charitatem minimè habeamus.

S.Greg. Idem. S.Hier. S.Amb. S.Cyp. S.Baſ. Idem. Cęſar.

DE VITA, MORIBVS, AC BEATO FINE S.Gregorij Epiſcopi, & confeſſ. Antiſiodoreni, ex Martyrologiis.

ZACHARIAS propheta, cœleſti illu- ſtratus lumine, vniuerſale iudicium, ſub typo Ieroſolymitanæ Vrbis præmonſtraturus, inquit, & erūt lebetes in domo Domini, quaſi

Zach.c.14

Figura. quaſi phialæ coram altari. Verba profectò animaduerſione omni digna. In cuius rei gratiam, quid per lebetes, quid verò per phialas, ante Domini altare cõſtitutas, innuatur nobis, perquirendum nobis occurrit. Hinc B. Hieron. eximius Eccleſiæ Doctor ait, per phialas floribus plenas nihil aliud intelligẽdum eſſe, quàm eos, qui caſtitate pollent, & vitæ probitati sũt addicti; Lebetes verò eos dicendos eſſe exiſtimauit, qui via & ſenſus, & impuritatis incedentes, minus honeſtè viuunt; & meritò quidem, nam quemadmodũ vaſa eiuſmodi ænea sũt, ac igne appoſita, vel potius ſuperpoſita, nigreſcunt, iſti ſic ob concupiſcentiã rubeſcunt, & peccatorũ multitudine impuriſsimi euadentes nigreſcũt, quia eò à puritate abſunt, quò impuritati inſeruire geſtiunt, Verùm lebetes, inquit Propheta Sanctus, cõuertendos eſſe in phialas, quæ ſuauitatem emittant odoris, hoc eſt qui diabolo, & mundi illecebritati inſeruiebant, bonos efficiendos eſſe ſignificabat. S. ergo Gregorius non in lebetum, ſed phialarum numero ſuis optimis moribus videtur eſſe enumerandus, quiq; adoloſcens liberalibus diſciplinis excultus, & ſeruitio Dei mancipatus, eius vitę probitate, ſanctitate & doctrina cognitis, Eccleſiæ Antiſiodorenæ pręficitur.
S. Gregor. creatur Epiſcopus. Quo paſtorali munere ſuſcepto, oues ſibi cõmiſſas tanta animi conſtantia, ac vigilantia, tamquam optimus paſtor, cuſtodire contendębat, vt, quas nutantes vidiſſet, confirmaueri,

uerit,& eas,quæ perierant, quęrere non deſtiterit,eaſdem tandem, quas confractas animaduertiſſet, ſumma diligentia alligauerit, quod veri paſtoris eſt munus; E contrariò faciunt Mercenarij,qui oues à lupis,ſe ipſos tantummodo paſcere curantes, rapere permittũt,aduerſus quos Paulus Apoſtolus ait, Omnes,quæ ſua ſunt, quærunt, non quę Ieſu Chriſti. Ad Gregorium Sanctum iterum reuertentes, dicamus oportet,quod boni, qui tunc aderant in Ciuitate, quando cepit Epiſcopatum,phialę illę,iã enumeratæ,eſſe poſſunt,& lebes praui,quos Domino cõciliatos verbo,doctrina, & exẽplo reddens, in phialas conuertiſſe poſſumus fateri. Quarè,quia non carnem, aut ſanguinem, vel quid ſimile reſpiciebat, nullus in eo humanitatis ſenſus paſtoralis officij conſtantiam labefactauit.

Veri paſtoris officium.

Ad Phil. 2 cap.2.

Hinc Prophetam animaduertens aliquando dixiſſe,illum eſſe beatum, qui ſuper egenum, & pauperem intelligeret, admirabili fuit pietate in pauperes, adeò vt cũ eodem Propheta de eiꝰ liberalitate verè dicere poſſimus, Diſperſit dedit pauperibus, iuſtitia eius manet in ſæculum ſæculi; Et illud, In memoria æterna erit iuſtus;Quò factum eſt, vt B. Ambr. ſemper admirabilis in ſermone quodã dixerit, Dignè.n.in memoriam vertitur hominum, qui ad gaudium tranſiit Angelorum;qui iam Chriſti gratiã clarificatus inuenit, quia mundi gloriam non quæſiuit. Qui demũ mortis ſuæ præſcius ſuæ diſcipli-

Pſal. 40.

Pſal. 3.

Ibidem.

Ser. 69.

S. Greg. feliciſſimus obitus. næ alumnis ad pietatem, caſtitatem, & charitatem, in primiſq; pœnitentiam, quàm perpetuò coluit, cohortatis, ad cœleſtia regna glorioſus migrauit, decimoquarto cal. Ian. qui pro nobis, dùm in hoc præſenti ſæculo viuimus eum, cui piè, ſanctéq; ſeruierat, rogare dignetur, vt nos è mundo erepti, ad cœleſteq; regnum euocati, gloriæ corona donemur, quod nobis concedat, qui viuit, & regnat per ſæcula. Amen.

Documẽtum. Ex iis, quæ dicta ſunt de S. Gregorio Antiſiodoreno, plura poſſumus accipere documẽta, nihilominus de pœnitentia, quam obſeruemus, vtiliſsimum, ac maximè neceſſarium populo Chriſtiano, ad iram Dei ſedandam, ſermonem habeamus, Propterea enim Dominus in Euangelio dixit, Pœnitentiam agite, appropinquauit.n.regnum Cęlorum; Hinc in Apoſtolorũ actibus inuenimus traditum, Pœnitentiã agite, & baptizetur vnuſ quiſquè veſtrum in nomine Ieſu Chriſti, in remiſsionem peccatorũ veſtrorum, & accipietis donũ Spiritus ſancti. Et ex Ven. Beda pleriq; Sãctorũ Patres de huiuſmodi ſancto pęnitentię documẽto aptiſsimè dixerũt, sũt autem in eorum numero S.P. Auguſt. S. Gregorius, S. Hieronymus, S. Hilarius, Iſidorus, Cęſarius. Hinc S.P. Auguſt. Si enim tunc vis pœnitentiam agere, quando peccare nõ potes, peccata dimiſerunt te, nõ tu illa: Et idẽ, Ille verò, qui ſua ſcelera cogitat, & ſtatim conuerſus fuerit, veniã ſibi credat. Et Greg.

Math. c. 3. cap. 2.

S. Auguſt.

Idem.

Sanctus

Sanctus ſatis alienus à fide eſt, qui ad agendam pœnitentiam tempora ſenectutis expectat; Qui etiam ait, Qui tempus congruæ pœnitentiæ perdit, fruſtra ante regni ianuā cum precibus venit. S. quoq; Hier. Vtinam tàm citò conuertatur peccator ad pœnitentiam, quàm citò Dominus præparatus eſt, præfinitam mutare ſententiam. Et idem, ſaccus, & ieiunium arma ſunt pœnitentiæ, & remedium peccatorum. S. Hilarius itidem ait, Pœnitudo. n. mores mutat, & longa temporum crimina in ictu oculi pereunt, ſi cordis nata fuerit compunctio. Iſidorus inſuper, Pœnitentia agenda eſt non verbo, ſed facto. Cęſarius tandē, Multi. n. ſe credebant longo tempore viuere, & ita illos mors repentina ſubtraxit, vt nec ad illam momentaneā poſſint pœnitentiam peruenire. Qui etiam infert, Erubeſcimus modò paruo tempore pœnitentiam agere, & non timemus ſine vllo termino æterna ſupplicia ſuſtinere.

S. Greg.
Idem.
S. Hier.
Idem.
S. Hil.
Iſid.
Cęſar.
Idem.

DE VITA, ET MORIBVS, ATQVE *Electione in ſummum Pontificem Gregorij Decimiquarti.*

IN pleriſq; ſacræ Scripturę locis Deum ingenti in hominem amore, Ducibus fortiſſimis eū ex inimicorum ſuorū manibus precipuiſſe legimus; Et quidem, vt Noe Dei mādato Arcæ pro aquis vniuerſalis diluuij ſuperandis, & pro reparando genere humano

Figura.

aptatorem prætercam, ad Mathathiam vnũ ex principibus Iudæorũ me cõuertero, quippè qui (vt in primo Machab. lib. legitur) pro patriis legibus conſeruandis, zelo diuino raptus, Iudæum quendã, Idolis in omniũ conſpectu immolãtem, vnà cum Nuncio, à rege Antiocho, eò immiſſo, qui immolare cogebat, trucidauit enſe; Quinimò Aram ipſam, immolationis locum, à ſe euerſam, igni comburendã tradidit, & ad tutiora montium loca, vnà cum familia vniuerſa, & reliquo populo legem patriam defendente, ſe contulit. Hinc eodem ipſo in loco Iudas Machabęus à Mathathia eius parente in primis, dehinc à populo vniuerſo Iudęorum Princeps, & Dux conſtitutus, Deo auſpice, eius gentem, à gentium regibus vehemẽter vexatam, exemit; Qui etiam ſimilis leoni effectus in operibus, & velut leonis catulus rugiens in venatione, vt eo ipſo in loco poteſt quis videre, Reges aduerſantes ſibi exacerbabat, morte etiam eos afficiendo, ac populum ſui ipſius mirabiliter lętificando. Illud ipſum ſæpe ſępius inuenimus à Deo factũ, vt de Moyſe, qui populum è Pharaone Aegypti rege eripuit, ita patet de Ioſue cõtra Amalechitas, & de Gedeone aduerſus Ammonitarum regem, & de pleriſq; aliis, quos, breuitati inſeruiens, conſultò omitto; Propterea mirũ non eſt, ſi, Vrbano ſeptimo, viro probo, ex hominibus erepto, pro grege ſuo probè excolando, & à vitiis expiando, Nicolaum Mediolanenſem è no-

Machab. lib. 1. c. 2.

Vrbani obitus.

nobiliſsima Sfondrata familia Epiſcopum, ac Presbyterum Cardinalem Cremonenſem Eccleſiæ ſuę Romanę,omnium Eccleſiarum verè Matri, præeſſe voluerit. Cardinalibus igitur,mortuo Vrbano ſeptimo,cõclaue more ſolito ingreſsis,Cardinalis Nicolaus iſte, eius vitæ integritate perſpecta,Pontifex deligitur non.Decemb.ac ſexto id.eiuſdẽ coronatur, & Gregorius decimusquartus appellatus eſt, Romanorũ Imperatore Rodulpho anno Domini 1590. Huius viri ſanctiſsimi, atquè integerrimi probitas quãta fuerit,ſatis commodè in eius percurrẽda vita ſecernitur,nam puer mũdi oblectamenta,quibus ceù omnes delectari ſolent, qui in ea ętate verſantur, refugere ſolitus erat vt plurimũ. Adoleſcens tandem maiorum ſuorum, qui è nobiliſsima, ac præclara Cremonenſe Vrbe originem duxere,exẽpla ſecutus ad eius vitæ integritatem probè retinendam, virtutibuſq; cohoneſtandam,Peruſium, ac Patauiũ profectus eſt,vbi vtriuſq; iuris legibus ſufficienter excultus, ac Doctor in illis effectus, illecebras mũdi põpas, & vana ſolatia,quod puer effecerat, reſpuens, Ieſu Chriſti amore incẽſus,ac nimia humilitate actu fratris ei', natu minori,primogenita cedens,ſe Diuinò totus mãcipauit obſequio,Qui Presbyter effectus, nullũ prętermiſit diem, in quo ſacra facere Deo prætermiſerit,niſi morbo grauiſſimo prępeditus. In quo id memoria dignũ Sacerdotibus omnibus relictum eſt, nam,an

Nicolaus Card.Pontifex creatur,ac Gregor.vocatur.

Gregorij humilitas & deuotio.

N 2 tequam

tequàm ad Altare Domini ſacrificaturus ac cederet, peccata ſua Chriſti Domini Sacerdotibus confitebatur, id, quod vniuerſo vitæ ſuæ tempore ſingulis diebus eũ effeciſſe perhibetur, licet etiã impeditus nõ ſacrificaret.

Exemplũ.

Qui etiam tanta deuotione tenebatur, vt nõ modo B. ſemper Virginis Dei genitricis Marię, ſed etiam Domini officium flexis genibus perſolueret. Tanta fuit itidem in cibo, ac potu continentia, quàm qui maximè à tenera ætate vſq; ad vltimum vitę ſuæ tẽpus: Nam vſq; ad decimum octauũ ætatis ſuæ annum neq; vinum guſtauit, ſed aquam, nequè cibi ſuperfluitatẽ deſumpſit, quin potius ſingulis ſextis feriis ieiuniũ obſeruabat, & quolibet die mercurij, niſi graui morbi dolore correptus, à carnibus abſtinebat. Quibus tãti viri cognitis à Pio quarto Pontifice max. eius affine, Epiſcopus Cremonenſis creatus eſt anno ſalutis humanę milleſimo quingenteſimo ſexageſimo, de quo legimus, & in ſingulos dies ad omnium aures perfetur, illum primum fuiſſe Epiſcoporum, qui Tridentinã ingrederetur Synodum, in qua trium annorum ſpatio cõmoratus, tãto ſpiritu vixit, hoſpitalitatem, quam perpetuò coluit, retinens, vt in omnium eſſet oculis. Ad Epiſcopatum deniquè reuerſus, nihil prætermiſit paſtoralis officij, quo minus oues ſibi commiſſas verbo, exemplo, inſuper egenis neceſſaria vitæ humanæ præbendo, nutrierit. His ſuis optimis moribus Carolo Cardinali Bor-

Opera Gregorij in paſtorali officio.

Borromeo Mediolanenſi gratiſsimus fuit, qui etiam Dæmonibus formidoloſus extitiſſe dicitur, dum aliquando animi gratia per Vrbem Cremonenſem perambulaſſet. Quibus ad Gregorium XIII. delatis, eius fama commotus, illum Cardinea dignitate, tanto viro digna, inſigniuit an. Dominicæ incarnationis mill.quingent.octuag.tertio.

Creatur Cardinalis Greg.

Qui demùm Pontifex effectus, eam, quam præmonſtrauerat in rebus omnibus, animi magnitudinem retinuit, quippè qui Cardinalibus vniuerſis pro impenſis in Conclaue factis, mille aureos dono dedit, id, quod & in ſingulos menſes cuilibet egenti Cardinali pluribuſq; pijs locis in ſingulas hebdomadas,& Puellis ſæpe ſæpius, vt honeſtis viris in matrimonium darentur, preſtitit. Beneficentia demùm, ac pietate admirabili fuit in pauperes, & in eos inſuper, qui Romam petijſſent, magnę, auctoritatis viros, quibus ſuis ſumptibus eo ipſo tempore, quo Romæ diuerſati fuiſſent, neceſſaria præparabat, id, quod Alphonſo Eſtenſi Ferrarię Duci eum præſtitiſſe perſpicuum eſt. Qui item ſui Pontificatus tempore bello, quod in Galliæ regione gerebatur, nequè pecunia, nequè copijs, eò immiſsis, defuit. Nulli præterea vel impenſæ, vel labori pepercit, modo, coacto exercitu, in exules, qui ſedis Apoſtolicę locis quibuſdam erant obnoxij animaduerteret, vt nihil ſupra. Verùm illud mirabile eſt, quod Vrbem Romā annonæ penuria la-

Creatur Pontifex.

Mira Gregorij pietas.

Greg. concedit Cardinalibus Regularibus Pileolum rubeum.

borantem ſua pecunia ſubleuauit, frumentum etenim, quod carius emiſſet, vilius vendebat. Illud quoquè ſilentio minimè inuoluendum eſt, quod eadem animi præſtantia, atquè pari pietatis affectu memoria dignũ effecit, vt etiam Cardinales Regulares Pileolum rubeum deferrent, quemadmodum Pileum coloris eiuſdem Cardinalibus omnibus deferre datum eſt multis retro temporibus ab Innocentio IIII. Pont.max. Cum poſtmodum Cardinalibus, non Regularibus, tantum rubeas veſtes portare conceſſerit Paulus ſecundus. Quin potius ante omnes Nicolaus ſecundus ſolummodo Cardinalibus facultatem eligendi Pontificẽ præbuerit. Vt autem huiuſmodi ſymboleitas Pileoli rubei deferendi eo modo, qui dictus eſt, perpetuis futuris tẽporibus in celeberrimo, ac pręclariſsimo Cardinalium ordine obſeruaretur, ſeptimo idus Maij, qui fuit dies ſanctiſsimę Trinitatis, in Eccleſia Sancti Apoſtoli, quatuor Illuſtriſsimis, ac Reuerendiſsimis Cardinalibus, Alexandrino, & Aſculano. S. Dominici ordinis; Gregorio Petrochino de Monte Elparo Auguſtinianę familiæ, & Sarnano Conuentualium Sancti Franciſci Pileolum rubeũ celebri ſolemnitate contribuit. Huius viri probitas quanta fuerit ſatis perſpecta eſt, quanta itẽ futura eſſet, facilè ex eo colligitur, quod cum ſe moriturum intelligeret, accitum ad ſe Cardinalium collegium adhortari nõ de-

ſtitit,

ſtitit, vt celerrimè nouum ſibi ſucceſſorem, qui optimus eſſet pro Eccleſia Dei, deligeret. Qui tandem anno paſtoralis muneris nondum dilapſo, morbo grauiſsimo actus vita perfunctus eſt, proh dolor, idibus Octobris. Sed quid ego pręſtanti prudentia, pietate, probitate, ac patientia, & continentia virum laudibus efferre geſtio? ſufficeret dixiſſe ea, quæ in memoriam eius populus Romanus ſtylo imprimendum mandauit: De eo igitur beneficiorum eius memor Senatus, populuſq; Romanus hunc in modum verba ſubtexuit, Gregorio decimo quarto ob egregia, & fœlicia pontificatus auſpicia, priſtina munera, & beneficia Capitolio reſtituta, Ciuitatem egeſtate, atquè annona laborantem opportuna liberalitate ſubleuatam, inſignibus eius virtutibus S. P. Q. R. Et iterũ, optimo Principi Gregorio decimo quarto Pontifici Maximo abineunte ætate per gradus veræ ſapientiæ, pietatis, beneficentię, cęterarumq; virtutum ad Apoſtolici faſtigij gloriam, & maieſtatem euecto. Ob fauſta ſacri, Auguſtiq; principatus initia, & non dubiam ſpem rerum maximarum Reipublicæ Chriſtianæ oblatam S.P.Q.R. Fornicem triũphalem in Capitolio pro tempore excitauit. Sed laudem eam mirum in modum plurimi ducẽdam exiſtimemus, poſt eius obitum illi datam, & quod fuerit pontifex, Confeſſor, & Virgo, vt ab aliquibus fertur. Quippè qui etiam quęcumquè dixit,

Gregorij obitus.

Laudes Gregorij.

Aduerte.

fecit,ac perdidicit,infirma, & ægra valetudine,ceù sẽper,effecit,veluti Gregorius ille magnus, ab incurabilis etenim valetudinẽ minus commodám accepit, quandò immaturo tempore,nempè, ſeptimo menſe,in lucem fuit editus. Dum igitur à ſupremo Iudice vitæ tempus conceditur, non deficiamus cum Gregorio iſto piis operibus inſeruire,vt Coronam militibus Chriſti præparatam, à nobiſq; ſufficienter elaboratam, Dei gratia conſequamur.

Documẽtum. De hoſpitalitate,de prudentia, de pietate,& aliis poſſemus documenta accipere ex Greg. decimoquarto,nihilominus, de Virginitate aliqua dicantur à nobis. De Virginitate igitur Dominus in Euangelio ita loquitur, Filij ſeculi huius nubunt,& traduntur ad nuptias; Illi verò, qui digni habentur ſæculo illo,& reſurrectione ex mortuis, nequè nubunt, nequè ducunt vxores, nequè enim vltra mori poterunt,æquales enim Angeli ſunt, & filij ſunt Dei, cum ſint filij reſurrectionis. De eadem etiam Sancti Patres ex Ven. Beda, vt P. Auguſtinus, S. Hieronymus, Iſidorus, & Cæſarius. P. igitur S. Auguſt.ait, Tales enim decet Dominum habere miniſtros, qui nullo carnis contagio corrumpantur,ſed potius continentia caſtitatis ſplendeant. Sed, vt non modo liberemur ab actuali corruptione,ſed etiam ab ea, quæ mente poteſt apprehendi, ſubtexuit, Nihil prodeſt virginitas corporis, vbi ope-

Luc. c.20.

S.Auguſt.

Idem.

ratur

ratur corruptio mentis. Et S.Hieron.Centenarius numerus perfectus eſt, qui pro virginitatis corona virginibus deputatur. Et idem, Stude non ſolum oculos tuos caſtos ſeruare, ſed & linguam. Iſid.quoq;, Gemina eſt bona virginitas, quia in hoc ſæculo ſolicitudinem ſæculi amittit, & in futuro æternum caſtitatis prɇmium recipit. Qui etiam infert, Qui caſti perſeuerant, & virgines, Angelis Dei efficiuntur æquales. Cæſarius deniquè, inquit. Non enim carnis integritas ſeruatur, vbi animus ſuperbiæ tumore corrumpitur. S. Hier. Idem. Iſid. Idem. Cɇſar.

DE MORIBVS, ET BEATO FINE *Sancti Gregorij Epiſcopi Amphitreani, ex Martyrologiis.*

LEGIMVS in lib.Leuitici, Deum Moyſi ſeruo ſuo præcepiſſe, vt Aaron fratri eius Sacerdotis, qui ſibi in Altare deſeruiret, inſtituendi formam perſcriberet, Ea autem erat, vt, qui diuino mancipatus fuiſſet obſequio, nequè cɇcus, nequè claudus exiſteret, ac nullam prorſus maculam, ac deformitatem in ſe ipſo retineret, in hæc eadem ipſa verba, Locutuſq; eſt Dominus ad Moyſem dicens, loquere ad Aaron, Homo de ſemine tuo per familias ſuas, qui habuerit maculam, non offeret panes Deo ſuo, nec accedet ad miniſteriũ eius, ſi cɇcus fuerit, ſi claudus, ſi vel paruo, vel grandi, vel torto naſo, Leuit.c.2. poſt med. Figura.

ſi fracto pede, ſi manus, ſi gibbus, ſi lippus, ſi albuginem habens in oculo, ſi iugem ſcabiẽ, ſi impetiginem in corpore, vel hermoſus. Demum concludit, omnis, qui habuerit maculam de ſemine Aaron Sacerdotis, nõ accedet offerre hoſtias Domino, nec panes Deo ſuo. Quæ verba etſi in ſenſu literali obſeruanda ſunt, mihi tamen etiam in ſenſu morali explicanda videntur, quę (ne multus

Tres conditiones, præ cæteris, ad Sacerdotes requiſitæ.

ſim) ad tria præcipue capita refero, ne ſint cęci Domini Sacerdotes, nequè claudi, neq; maculam deniquè habeant vllam. Non debent in primis eſſe cęci, hoc eſt ignorantia

Prior conditio.

notati, ſed è contrario ſapientia, prudentia, ac doctrina referti. Non ſint inſuper claudi,

2. conditio.

ideſt non alicuius ſenſus, nempè, cognationis, & carnis tumidi, ſed ſpirituali amore, ac pari pietatis affectu acti. Nulla tandem ma-

3. conditio.

cula, vidi peccatorum in eorum anima reſideat, ſed virtutum gratia potius in ipſis reſplendeat, & bonis vbiq; moribus præfulgeãt, & præcipuè ante Dominum, tamquam gratiæ, & bonorum omnium, quæ ab ipſo acceperunt, memores, & grati, & in ipſum, ac proximum charitate, ac ſpiritu feruentes. Huiuſmodi videtur fuiſſe S.Gregorius Amphitreæ regionis Epiſcopus, hinc eã ob cauſam voluit Deus illum Sacerdotem, & Sacerdotem magnum, qui in Altari ſuo ſibi præſtaret obſequia, deligere, vt doctrina ſua, pe-

S. Gregor. doctrina.

nè ſingulari, cum omni diſciplinarum genere eſſet excultus illam Amphitreæ regionẽ

illu-

illuſtraret vniuerſam ſed de cœteris eis virtutibus quid loquar ? tanta ſiquidē vitæ ſanctitate, quàm à teneris annis, moribus Christianę diſciplinę addictus, pręſeferebat, tenebatur, vt eum, tamquam è cœlo à Deo in orbem terrarum miſſum, omnes admirarentur, aberat etenim à peccatorum labe, vt quàm qui virorum maxima puritate niteret; Adeò vt pro tanti viri præmonſtranda ſanctitate liceat mihi illud Salomonis vſurpare in tertio Regum libro, quod mallæus, & ſecuris, & omne ferramentū non ſunt audita in domo Domini, cum ædificaretur, ita glorioſus ſanctus iſte Gregorius in ædificāda Eccleſia, hoc eſt in inſtituendo, & educando in Eccleſia Dei grege ſibi commiſſo, dū adhuc in hac mortalitate viueret, ita animi ſui mores compoſuit, vt nihil mali geſsiſſe dicatur; & meritò quidem, nam ex eo, vt teſtatum in quodam ſermone apud nos reliquit S. Ambroſius, tamquàm è quòdam lucidiſsimo fonte omnium riuulorum hæc puritas emanauit, quia caſtitatis pollebat vigore, quia abſtinentiæ gloriabatur anguſtijs, quia blandimentis erat præditus lenitatis. Et quoniam cum Apoſtolo Paulo cupiebat diſſolui, & eſſe cū Chriſto, vſq; adeò admirabili fuit pietate, & hoſpitalitate in pauperes, vt quicquid, præter vitę ſuæ honeſtè neceſſaria, haberet pauperibus impertiret. Quarè cum Eccleſia Sancta in laudem eius dicamus, Non eſt inuentus ſimilis illi,

Viri hui⁹ ſanctitas.

Lib. 3. reg. c. 6.

S. Ambr. Ser. 69.

Phil. c. 1.

S. Gregorij pietas.

qui

qui couſeruaret legem excelſi, quippè qui vt Doctores ſancti teſtãtur; aliquod habuit, & in ſe ipſo retinuit proprium, quod in alio repertum non ſit. Quarè paſtorali munere maxima cum laude, & animarum ſalute perfunctus, cum inſtituti ſui, & morum diſcipline multos imitatores hãberet, miraculis clarus in cœlum decimo tertio cal. Ianuarij migrauit, eiuſq; corpus in Amphitrea regione honorificè conditum eſt.

S. Gregor. laudatiſſimus obitus.

Non deſunt, ſi probè animaduerterimus, in Sancti Gregorij vita documenta, quæ amplectamur, & veſtigia omnium ſaluti valdè proficua, quę imitemur, ac ſequamur, nihilominus de diuitibus nõnulla dicantur, quibus ad charitatem amplexandam, & pauperes ad patientiam retinendam cohortentur in Domino, vt iſti patientia, & illi pietate ſuo tempore ad cœleſtia euecti, cum Domino in ęternum viuentes ſine fine lætentur. Hinc in veteri teſtamento Salomon ait diuitibus, Non proderunt diuitię in die vltionis, iuſtitia verò liberabit à morte. Et Dauid Propheta, pater eius, pauperes alloquens ait, Patientia pauperum non peribit in finem. Sed diuitias nimis amantes audiant Dominum, & corde tabeſcant, Diues difficilè intrabit in regnum cœlorum, & facilius eſt camelum per foramen acus intrare, quàm diuitem in regnum cœlorum. Et Paul. Apoſt. Qui volunt diuites fieri, incidunt in tentationem, & in laqueum diaboli:

Documẽtum.

Pro. c. 11.

Pſalm. 9.

Mat. c. 19.

1 Thi. c. 6.

Et idem ibidem diuitibus huius ſęculi pręcipe non ſuperbè ſapere, nec ſperare in incerto diuitiarum, ſed in Deo viuo, qui pręſtat nobis omnia abundè ad fruendum. Pater item Auguſtinus, S.Greg.S.Hier. S.Cyprianus, & Iſidorus, de eadem rè eruditè, & luculenter ſcripſerunt, vt Ven. Beda eo ipſo in loco teſtatus eſt. Inquit ergo S. Pater Auguſt. Plus eſt pauperi videre cœlum ſtellatum, quàm diuiti tectum inauratum. S.quoquè Greg. Quiſquis, dum temporalia, ac defectiua ſequitur, occaſum petit; Qui verò ſuperna deſiderat, in oriente habitare demonſtrat. S.item Hier. Non laus eſt poſſidere diuitias, ſed pro Chriſto eas contemnere. Qui etiam ait, Quamdiù verſamur in curis huius ſæculi, & anima noſtra poſſeſsionum procuratione deuincta eſt, de Deo liberi cogitare non poſſumus. S. etiam Cyp. inquit, Pœnam de aduerſis mundi ille ſentit, cui lętitia omnis in mundo eſt. Iſid. deniq; infert, Diuites in hac fallaci vita, dum de pœnitentiæ gloria rerum abundantiā geſtiunt, repētina hora, quam neſciunt, improuiſo exitu rapiuntur, atquè abſorbente profundo cruciandi æternis flāmis deputantur. Hæc ad Dei laudem ſint dicta conſultò omittentes B.Gregorium Ariminēſem, & B.Gregorium de Verruchio ordinis noſtri Auguſtiniani.

Idem. Ibidem. S.Auguſt. S.Gregor. S.Hieron. Idem. S.Cyp. Iſid.

AD

AD LECTOREM.

CANDIDISSIME Lector quiſquis es, qui huiuſmodi opuſculũ legeris, nec meam extitiſſe induſtriam credas, ſed Deo acceptam referas gratiam, ſi quid boni reperis, ſin quid minus eruditè, minuſuè ornatè dictum animaduerteris, ingenij mei maximæ imbecillitati condones, ſimul atq; amabò te, vnà mecum Dominum Deum in Sanctis iſtis, quos hoc loco notaui, laudes, ad

Pſal. 150. hoc enim Propheta Sanctus Dauid adhortabatur fideles, dum diceret, Laudate Dominum in Sanctis eius. Ad illud idem animabat nos ſapientiſsimus Salomon, dum aie-

In Eccleſiaſt. c44. in princ. bat, Laudemus viros glorioſos, & parentes noſtros in generatione ſua; Illos (inquam) viros, quorum pietates, quorumq; miſericordiæ non defuerunt, quorum corpora in pace, ſepulta ſunt, & quorum nomen viuet in generationem, & generationem; ſapientiam quidem ipſorum narrent populi, & lau

Sapient. cap 10. des eorum nunciet Eccleſia; Illos namquè, tamq; iuſtos, deduxit Dominus per vias rectas, & oſtendit illis regnum Dei: Dedit illis ſcientiam Sanctorum, honeſtauit illos in laboribus, & compleuit labores eorum. Ad eorum gloriam poſſumus Dei auxilio, & gratia peruenire, ſi eorum veſtigia aſſequi quęramus, non enim, vt ait Apoſtolus Paul. acce

Ad Rom. cap. 8. pimus ſpiritum ſeruitutis iterum in timore,

ſed

ſed accepimus ſpiritum adoptionis filiorum Dei. Hinc S. Pater Auguſtinus, Imitari non pigeat, quod celebrare delectat; ſed nos (infert ille ipſe) volumus gaudere cum Sanctis, & tribulationes mundi volumus ſuſtinere; Qui enim Sanctos vel in quantum potuerit, noluerit imitari, ad eorum beatitudinē non poterit peruenire. Propterea Apoſtolus Paulus ad Corinthios ſcribens inquit, ſicut ſocij paſsionum eſtis, ſic eritis, & cōſolationis. Horum igitur exempla, Deo præſtante, vſq; in finem ſectātes, expectemus beatam illam ſpem, & locum illum, qui in cœleſti gloria puris corde ſeruatur, quod nobis concedat ſua gratia, & benignitate, qui cum filio, & ſpiritu ſancto viuit, & regnat per ſæcula. Amen.

S. Auguſt. Ser. de Sāctis 47.

2. Cor. c. 2.

LAVS DEO.

INDEX
ALPHABETICVS
EORVM OMNIVM,
Quæ in præſenti Opere continentur.

A.

ALLEGORIA quid. 19
Analogia quid. *Ibid.*
Arx Sancti Angeli vnde dicta. num. 21
Anglorum conuerſio quando. 8
Anglorum apoſtolus quis fuerit appellatus. 22
Anima Traiani, an ſciri poßit, vbi diuerſetur. 21
Amor Dei, ac proximi. 188
Ambitio omni ex parte renuenda. 110
Ambitionis effectus. *Ibid.*
Abſtinentia mira S. Gregorij Lingonenſis. 71
Accuſatio iniuſtißima in S. Gregorium Agrigentinum. 57
Accuſatio iniuſtiſſima in S. Gregorium Thaumaturgum. 128
A quo Pontifice Germanis Imperatorem deligendi facultas data eſt. 109

Anni dilapſi nouiſſima ad priorem vſum aptationum. 187
Ad Lectorem conſideratio. 206
Abſtinentia Gregorij XIIII. 196

B.

BONORVM æmulari exempla. 164
Bonorum exemplorum imitandorũ effectus. ib.
Baptiſmus Teridatis magnæ Armeniç regis. 36
Benedictus Antipapa quando. 175
Benedictus quandiu Antipapa extiterit. ib.

C.

CONSECRATIO S. Gregorij magni in Pontificem. 15
Conſecratio S. Gregorij in Epiſcopum magnæ Armeniç. 37
Concilium Romanum apud ædes S. Hyppoliti. 57
Concilium B.Gregorij ſeptimi Romç. 78
Concilium Piſanum. 176
Concilium Conſtantienſe. 177
Canonizatio S.Dominici confeſſ.quando. 151
Canonizatio S.Franciſci confeſſ.quando. ib.
Canonizatio S. Antonij de Padua confeſſ. quando. ib.
Canonizatio Sanctæ Elizabeth virg. Regis Hungariæ filiç. ib.
Conſilia Dei, & proborum tenenda. 49
Conuerſio Saxonum quando. 17

Con-

Conſtantia S. Gregorij magni Pont. contra Mauritium Imperatorem. ib.
Conſtantia S. Gregorij ſecundi contra Leonem tertium Imperatorem. 45
Conſtantia S. Gregorij tertij contra eundem. 61
Conſtantia B. Gregorij ſeptimi contra Henricum quartum Imp. 79
Conſtantia Gregorij noni aduerſus Fœdericum ſecundum. 151
Conſpiratio vana in S. Gregorium ſecundum Pont. num. 46
Curioſitas abneganda. 160
Corona quotuplex. 163
Carcer Sancti Gregorij Epiſcopi Agrigentini, primo Agrigenti, ſecundo Romæ. 55. & 56.
Carcer S. Gregorij Presbyteri Spoletini. 86
Coronatio Gregorij decimi quando, poſt eius electionem. 158
Conclaue Cardinalium quis inſtituerit. 159
Concilium Lugdunenſe 158
Conciliatio Regis Poloniæ cum Rege Moſcouitarum quando. 186
Conciliatio Ianuenſium cum Venetis quando. 158
Collegia quot à Gregorio XIII. extructa. 186

D.

DIVINVM *officium quis auxerit.* 18
Diſputatio S. Gregorij magni. 14
Diſputatio S. Gregorij ſecundi Pont. 43
Diſputatio S. Gregorij Nazianzeni Epiſcopi. 115

Diſputatio S. Gregorij Agrigentini Epiſcopi. 50
Deceſſio S. Gregorij ex Vrbe Agrigentina Ieroſolymam verſus. 50
Dilatio magna inter mortem Clementis quarti, & creationem Gregorij decimi. 157
Diligentia Gregorij decimitertij, vt iniret fędus aduerſus Turcas. 185
Detractio fugienda. 81
Detractionis effectus. ibid.
Deuotio Gregorij decimiquarti. 195

E.

EXILIVM S. Greg. Nyſſeni. 140
Exilium Gregorij quinti. 108
Epiſcopos ſingulo quinto anno Romam ire quis Pontificum ſanciuerit. 19
Eligendi Pontificem quis Pontif. ſolum Cardinalibus facultatem dederit. 198
Electio Gregorij decimi abſentis. 157
Electio Gregorij duodecimi. 175
Ethimologia quid. 9
Eleemoſyna obſeruanda. 24
Eleemoſyna quotuplex. 25
Eleemoſynæ effectus. 25

F.

FIGVRA Dauid contra Goliath. 11
Figura Iſaię de viro iuxta cor ſuum. 126

Figura

Figura Salomonis de trium animalium generibus. num. 41
Figura Ioelis de Domini fonte. 48
Figura Exodi, cur Deus Moyſem Ducem conſtituerit. 60
Figura Noe in Arcam ingreſſi. 66
Figura mulierum in laudem Saulis, & Dauidis. num. 105
Figura Sanſonis Thamnatha proficiſcentis. 111
Figura Ezechię Regis Iudę. 148
Figura Apocalypſis de fumo putei. 161
Figura Iſaiæ ſuper verba, Clama, ne ceſſes. 165
Figura Ioſeph de vite. 170
Figura Cherubin ad ianuam paradiſi poſiti. 184
Figura Zacharię, videntes phialas, & lebetes. num. 190
Figura in Leuitico de Sacerdote. 201
Formula electionis B. Gregorij ſeptimi. 76
Fortitudo S. Gregorij Armeni in diuturno martyrio. 32
Fortitudo Sancti Gregorij Presbyteri in tormentis. num. 85. & 86
Fortitudo S. Gregorij Agrigentini infamia laborantis. 55. & 56

G.

GREGORIVS *quartus.* 90
Gregorius quintus. 105
Gregorius ſextus. 121
Gregorius ſeptimus. 74

Gregorius octauus. 134
Gregorius nonus. 147
Gregorius decimus. 157
Gregorius vndecimus. 165
Gregorius duodecimus. 174
Gregorius tertiusdecimus. 184
Gregorius quartusdecimus. 193
Gregorius primus quibus de cauſis magnus dictus ſit. num. 11
Germanorum conuerſio. 44
Gilbertus Antipapa quando. 80
Gaudia mundi reſpuenda. 120

H.

HVMILITAS amplexanda. 178
Humilis qualis. 178
Humilitatis effectus. 178
Humilitas S. Gregorij magni, ne Pontifex fieret. num. 15
Humilitas S. Gregorij Armeni, ne fieret Epiſcopus. num. 37
Humilitas S. Gregorij Agrigentini eadem de cauſa. 51
Humilitas eadem S. Gregorij Nazianzeni. 118
Humilitas Gregorij duodecimi, dum pontificiæ dignitati renunciauit. 178
Humanitas Gregorij decimitertij. 197
Habitum rubei coloris quis Pontificum Cardinalibus adiunxerit. 198
Hiſtoricus modus, ſiuè hiſtoria quę. 9

IERO-

I.

IEROSOLYMA quando capta. 135
Innocentia S. Gregorij Agrigentini. 58
Innocentia S. Gregorij Thaumaturgi. 128
Innocentia Gregorij ſexti. 125
Innocentia B. Gregorij ſeptimi. 181
Innocentia Gregorij decimi. 159
Ingenium mirabile Gregorij vndecimi. 166
Integritas eiuſdem. ibid.
Iuſiurandum in electione Gregorij duodecimi. 175
Indictio Concilij Aquileienſis. 176
Iohannes quidam Epiſcopus Plac. Antipapa. 108
Ignis laudes. 10
Iudicia temeraria reſpuenda. 125
Iudicia temeraria quotuplicia. Ibid.
Iudiciorum eiuſmodi effectus. Ibid.

L.

LITANIAS quiſnam ſtatuerit. 16
Loca ſacra à S. Gregorio 2. extructa. 45
Labor Gregorij vndecimi in componendis Italiæ diſſidiis. 167
Lacus S. Gregorij Armeni, & quot annis ibi fuerit. 34. & 35.
Laudes S. Gregorij Turonenſis. 96
Luxuria abiicenda. 132. & 133
Lætitia mundana paruipendenda. 120

M.

MISSAM quinam Pont auxerit. 18. & 19
Martyrium S. Gr. Ep. Armeniæ 30. 31. & 32
Martyrium S. Gregorij Spoletani. 86. & 87
Monaſteria à S. Gregorio magno extructa. 12
Miracula eiuſdem. 20
Munus eius ad S. Gregorium Turonenſem. 101
Miracula S. Gregorij Armeniæ regionis. 36
Miraculum S. Greg. Agrigentini primo Romæ. 52
Miracula eiuſdem Panormi. 52
Miracula illius Agrigenti. 53
Miracula ſecundo Romæ ab eo edita. 56
Miracula S. Greg. Lingonenſis in vita edita. 70
Miracula eiuſdem poſt obitum. 72
Miracula S. Gregorij Turonenſis. 98. & 99
Miracula S. Greg. Thaumaturgi. 129. 130. & 131
Miraculum in morte Gregorij ſexti. 125
Mendacia odio habenda. 59
Mendacij effectus. ibid.

N.

NECESSITATIBVS aliorum ſubuenire quid. 65. & 66
Nocturna euocatio S. Gregorij Agrigentini. 49
Nocturna euocatio S. Greg. Turon. 97

O.

OMNIVM Sanctorum Feſtum quis inſtituerit. 93

Otho

Otho 4. quid pro Eccleſia. 108
Opera S. Gregorij magni. 18
Opera S. Gregorij Nazianzeni. 118
Opus S. Greg. Agrigentini. 59
Opera S. Gregorij Turon. 100.101. & 102.
Opera S. Greg. Nyſſeni. 146
Opus Gregorij 9. 148
Oratio nocturna S. Gregorij Epiſcopi Agrig. 54
Oratio nocturna S. Gregorij Epiſcopi Ling. 70
Oratio nocturna S. Greg. Archiepiſcopi Turon. 99
Orationi adhibenda diligentia. 182
Orationis effectus. 183
Obedientia filiorum erga parentes quę. 104. & 105
Ortum à quo habuere partes Guelpha, & Ghibellina. 151

P.

PESTILENTIA *Romæ ſuborta.* 150
Prædicatio S. Greg. Arm. in tormentis. 31
Prædicatio S. Greg. Spolet. in martyrio. 85
Pietas S. Greg. magni Pont. 19
Precatio in S. Gregorium magnum. 23
Precatio in S. Greg. Armenum. 59
Precatio in S. Greg. Spolet. 88
Precatio in S. Greg. Nazianz. 119
Precatio in S. Greg. Thaumat. 132
Pietas S. Greg. 2. Pont. 45
Pietas S. Greg. 3. Pont. 62
Probitas Greg. 4. Pont. 92
Probitas Greg. 6. Pont. 124
Pietas Greg. XIII. Iubilei tempore. 187

Probitas, pietaſq; eiuſdem in pauperes. 186
Pontifices tres quando fuere. 177
Pileum rubeum quis Pōt. Cardinalibus dederit. 198
Pileolum rubeum quis Pont. Card. regular. conceſſerit. Ibid.
Perſecutio S. Greg. Nazianz. 115
Perſecutio S. Greg. Cæſarienſis. 155
Perſecutio S. Greg. Decapolitæ. 164
Perſecutiones Eccleſiæque, & quot. 140
Perſecutiones æquanimiter tolerandę. 89. & 155
Prudentia S. Greg. Thaumat. in perſecutione. 131
Patientia prefulgere oportet. 39
Patientiæ effectus. Ibid.
Pœnitentia amanda. 192
Pęnitentiæ effectus. Ibid.
Pœnitens qualis eſſe debeat. Ibid.
Pax à Soldano quando petita. 150

Q.

QVATVOR modi explicandi ſcripturam. num. 9
Quis Pontificum ſe ſeruum ſeruorū Dei dixerit. 22
Quid abſtinentia. 164
Quid abſtinentię effectus. ibid.
Qualis debeat eſſe abſtinens. ibid.

R.

REGNVM Armeniæ. 27
Rex Perſarum quando cepit Armeniam. 28

Romæ obſeſſio. 63
Radij pectinis infixi palmę manus cuiuſdam Puellę, dum ſe nimium aptaret die Dominico. 72
Remittere iniurias. 168
Remittendi iniurias effectus. 169
Renunciare ſęculo. 172
Relatio S. Greg. 2. Pont. ad SS. Greg. mag. & 2. Pont. 43. & 44
Relatio S. Gregorij Turonenſis ad Gregorium magnum. 101

S.

SANCTVS Gregorius Magnus Pont. 1. 9
S. Greg. Epiſcopus magnæ Armenię. 26
S. Greg. Pontifex 2. 41
S. Greg. Epiſcopus Agrig. 48
S. Greg. Pont. 3. 60
S. Greg. Epiſcopus Lingonenſis. 65
S. Greg. Pont. 7. 74
S. Greg. Presbyter Spolet. 82
S. Greg. Archiepiſcopus Turonenſis. 95
S. Greg. Epiſcopus Nazianzenus. 111
S. Greg. Thaumaturgus Epiſcopus. 126.
S. Greg. Nyſſenus Epiſcopus. 138
S. Greg. Cæſariens, Epiſcopus, & mart. 153
S. Gregorius Decapolita Conſtantinop. 161
S. Greg. Illiberinus Epiſcopus. 170
S. Greg. Traiectinus Epiſcopus. 179
S. Greg. Antiſiodorenus Epiſcopus. 189
S. Greg. Amphitreanus Epiſcopus. 201

Statio-

Stationum Inſtitutor. 18
Spiritus ſanctus in columbę ſpecie cui apparuerit. 21
Sanctitas Gregorij mag. à quo iurata. 21
Solitudo S. Gregorij arm. 38
Solitudo S. Greg. Nazianz. 119
Synodus Antiochię. 155
Studium S. Greg. Nazianz. 113
Sedes Apoſtolica à quo Pont. ex Gallia Romam reducta fuerit. 167

T.

TERIDATIS magnę Armenię Regis victoria contra Gothos. 28
Teridatis Regis tyrannides. 32. & 33
Teridatis Regis ira. 29
Teridatis Regis conuerſio. 36
Triplex creaturarum ordo. 174
Translatio S. Dominici. 152
Translatio S. Franciſci. 152
Translatio S. Gregorij Magni Sebaſt. & Tiburt. 93
Translatio s. Greg. Nazianzeni. 187
Terræmotus Spoleti ortus. 86.
Timor Dei. 152. & 153.
Timoris eiuſdem effectus, atq; vtilitas. 151. & 152

V.

VENTI laudes quæ. 10
Varia opinio probitatis Gregor. 6. 121
Vigilantia Gregorij octaui in recuperanda Ieroſolimorum Vrbe. 135

Vbi

Vbi ſumma conſiſtat fęlicitas. 179
Verba Salomonis conſideranda, Corona ſenum ſunt filiorum filij. 95
Verba illa, ſoror noſtra parua. 134
Vanagloria expellenda. 110
Vitæ breuitas animaduertenda. 137
Virginitas colenda. 200
Virginitatis effectus qui. 200

FINIS.

Errata præcipua.

Num.15. vice	mox,	lege	mos.
Num.19. vic.	facienda	lege	afficienda.
Num 41 vic.	timore	lege	timere.
Num.55. vic.	mex	lege	mox.
Num.61 vic.	rationis	lege	nationis.
Num.151. vic.	Domini	lege	Dominici.
Num.126. vic.	obieciſſet	lege	abieciſſet.

Reliqua intelligenti relinquuntur.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

FLORENTIAE,

Apud Michaelemangelum Sermartellium. B. F.

MDXCVIII.

MAMBOR
LEGATORE DI LIBRI
CORSO 32